hō aliqḋ aīal ē hō: ⁊ tm̄ aīal ē hō. ¶ Ter-
tia regula ē iſta: ab vno cōuertibili ad reli-
quū ē bona ꝯña: vt tu es hō: ḡ tu es riſibil'
⁊ ecōuerſo: brunellus eſt rudibilis: ḡ bru
nellus ē aſin⁹. ¶ Quarta regula ē iſta: ab
vno correlatiuoꝝ ad reliquū ꝓpoſitiōibus
exñtib⁹ ḋ ſecūdo adiacēte ē bonū argumē-
tū: vt duplū ē: ḡ dimidiū ē: ⁊ ecōuerſo. Et
notāter dī de ſecūdo adiacēte: qꝛ nō ſeqꝛ
a ē duplū: ergo a ē dimidiū: pater ē barba
tus: ergo filius ē barbatus. ¶ Quinta re
gula ē iſta. A termino priuatiuo ad termi-
nū infinituꝫ ē bona ꝯña: ſed nō ecōuerſo:
in iuſtus vt tu es iuſtus: ergo tu es non iuſtus: ſed
nō ſequitur ecōuerſo: lapis ē nō iuſtus: er
in iuſtus go lapis ē iuſtus: añs enī ē verum: ⁊ ꝯñs ē
falſum: vt pꝫ: qꝛ qcqd eſt iniuſtū pōt eē iu-
ſtū: ſꝫ lapis nō pōt eē iuſtus: ḡ nō pōt eē in
iuſtus. ¶ Sexta regl'a: Ab affirmatiua de
ꝑdicato ꝑuatiuo vel infinito ad negatiuā
de ꝑdicato finito eſt bona ꝯſequētia: vt tu
es cecus: ḡ tu nō es vidēs. tu es non hō: ḡ
tu nō es hō: ſꝫ ecōuerſo nō valet argumē-
tū: qꝛ ex negatiua non ſequiꝛ affirmatiua.
¶ Septima regula eſt iſta: A negatiua de
ꝑdicato finito cū debito medio affirmati
ue de ꝑdicato infinito eſt bona ꝯña: vt tu
nō es aſinus ⁊ tu es ḡ tu es nō aſinus ⁊c̄.

Orreſpōdēter ad ꝑdicta alie regl'e
inferunꝛ: quarū ꝑma eſt iſta. Ab oī
bus exponētib⁹ ſil' ſumptis ad ſuū
expoſitū ē bona ꝯña ⁊ ecōuerſo. Et ē regu
la iſta vl'is qbuſcūqꝫ ꝓpōnib⁹ expōnibus:
vl'ib⁹ excluſiuis exceptiuis ⁊ huiuſmōi vñ
bñ ſequiꝛ hō currit: ⁊ nihil ē hō qui illud
currat: ḡ oīs hō currit ⁊ ecōuerſo Silr̄ hō
currit ⁊ nihil non hō curreit: ergo tm̄ hō
currit ⁊c̄. Scd̄a regl'a ē iſta: ab oī expo-
nibili ad quālibꝫ ſuaꝝ exponētiuꝫ ē bona
ꝯña: ſed nō ecōuerſo niſi gr̄a materie. vbi
gr̄a oīs hō currit: ḡ nihil ē hō qn id currat
ſꝫ ecōuerſo: qꝛ ex negatiua ñ ſeqꝛ affirma
ua. Aliqñ tñ tenet gr̄a materie: vt hō eſt
aſinus: ergo tm̄ hō eſt aſin⁹: qꝛ antecedēs
eſt impoſſibile. ¶ Tertia regula ē iſta: Ex
cuiuſlibet exponētis ꝯdictorio ſequiꝛ ꝯdi
ctoriū expoſiti: ſꝫ nō ecōuerſo. vñ bene ſeq
tur Aliqd nō hō currit: ⁊ li hō currit: ḡ nō
tm̄ hō currit: ſꝫ nō ecōuerſo: qꝛ ex negatia
nō ſeqꝛ affirmatiua. ¶ Quarta regula eſt
iſta: A reſoluētib⁹ ad reſolutū ē ꝯſequētia
bona: ſꝫ nō ecōuerſo: vt h̄ ē hō: ⁊ h̄ currit:
ḡ hō currit: nō tñ ſeqꝛ Hō currit: ḡ h̄ cur-
rit ⁊ h̄ eſt hō: qꝛ poſt mille annos erit añce
dens verū: ⁊ ꝯñs falſū. ¶ Quīta regula ē
iſta: Ab officiātib⁹ ad officiatū eſt ꝯſequē
tia bona: ſꝫ nō ecōuerſo: vt iſta ꝓpō ē vera
Hō ē aīal q̄ adeq̄te ſignificat hoīeꝫ eē ani
mal: ḡ verū eſt hominē eē aīal: ſed nō ecō-
uerſo: qꝛ antecedēs foret neceſſariū: ⁊ ꝯñs
ꝯtingēs. ¶ Sexta regula eſt iſta: A deſcri
ptiōe ad deſcriptū ē ꝯña bona: ⁊ ecōuerſo:
vt itelligo aliqd ſub rōne q̄ hō: ḡ hoīeꝫ: et
ecōuerſo: intelligo hoīeꝫ: ḡ intelligo aliqd

sub rōne qua hō. ¶ Septima regula est a
sensu cōposito ad sensū diuisum ⁊ ecōuer-
so nō valet argumētū vt necessario hō est
aīal: ḡ hō necessario ē aīal: añs enī ē verū
⁊ ꝯñs falsum. Etiā nō seqꝛ: albū possibile
ē eē nigrū: ḡ possibile ē album eē nigrum.
¶ Octaua regula ē illa: ab vna cā verita-
tis ad ꝓpōnē habētē illā cāz ē bona ꝯña: sꝫ
nō ecōuerso: vt dum hō currit risibile cur
rit: ḡ hoīe currēte risibile currit: ista ꝯña
ē bona: sed nō ecōuerso: hoīe currente risi
bile currit: ergo duꝫ hō currit risibile cur-
rit: qꝛ posito ꝙ nihil currat ē tūc ꝯñs falsū
cū asserat hoīeꝫ currere: ⁊ tñ añs ē veꝝ: qꝛ
ꝯcludiꝛ eiꝰ veritas ꝑ aliā cām veritatis: vt
si hō currit risibile currit. Dicaꝛ ḡ ꝙ ꝓpō
d̄noīata ab ablatiuo ꝯsequēte hꝫ tres cās
veritatis. s. ꝯdictionalē: tꝑalē: ⁊ causalē: a
quaꝝ q̈libet valet ꝯña ad ꝓpōnē habentē
illas cās: sꝫ nō ecōuerso. ¶ Nona regl'a ē
ista: ab actiua ad suā passiuā ē ꝯña bona ⁊
ecōuerso: vt soꝛ. amat platonē: ḡ plato ama
tur a soꝛ. ⁊ ecōuerso. ¶ Decima regula est
ista: a tertio adiacēte ad scd̄ꝫ adiacēs affir
matiue sine termino distrahēte ē ꝯña bo-
na: vt tu es hō: ḡ tu es. Notanter dī affir-
matiue: qꝛ nō seqꝛ tu nō es asinꝰ: ḡ tu ñ es
Dī etiā sine termino distrahēte: qꝛ ñ seqꝛ
antixp̄s ē futurꝰ: ergo antixp̄s ē: quare ⁊c̄

Ltimo de ꝓpōnibꝰ hypothecis ē di-
cēdū mō pōꝛi regulas assignādo: q̈-
rū ꝑma est. A copulatiua affirmati-
ua ad alterā eius ꝑtē ꝑncipalē ē bona ꝯña
nō ecōuerso: nisi gr̄a materie: vt tu curris
⁊ tu disputas: ergo tu disputas: sed nō seq
tur tu disputas: ergo tu curris ⁊ tu dispu
tas: aliqñ tñ tenet gr̄a materie siue termi-
noꝝ. s. qñ copulatiua fit ex duabꝰ ꝑtibꝰ: q̈-
rū vna antecedit ad aliā: tūc ab illa parte
que antecedit ad totā copulatiuā est bona
ꝯña: vt es hō ergo tu es hō: ⁊ tu es aīal tu
curris: ergo tu curris ⁊ tu moueris. Et no
tanter dixi affirmatiua: qꝛ a copulatiua ne
gatiua ad alterā ꝑtē nō valet ꝯña. v̄bi gr̄a
nō es hō ⁊ tu es asinꝰ: ergo tu es asinꝰ: qꝛ
añs veꝝ ⁊ ꝯñs falsum. Ex ista regula seqꝛ
ꝙ a toto copulato ad alterā ꝑtē est ꝯña bo-
na: vt soꝛtes ⁊ plato currūt ergo soꝛtes cur
rit. ¶ Secūda regula ē ista: A ꝑte ꝑncipa
li disiūctiue: affirmatiue ad totā disiuncti
uā ē bonū argumētū: sed nō econuerso: vt
tu curris ergo tu curris: vel tu es asinꝰ: sꝫ
ecōuerso non seqꝛ: qꝛ nō seqꝛ tu curris vel
tu es asinus: ergo tu es asinꝰ. Aliqñ tñ te-
net gr̄a materie. i. qñ disiūctiua fit ex dua
bus ꝑtibꝰ: quaꝝ vna seqꝛ ad reliquā: tunc
a disiūctiua ad istā ꝑtē que seqꝛ ē bonū ar
gumētū: vt tu es hō vel tu es aīal: ergo tu
es aīal: ⁊ tu es albus: vel tu es coloꝛatꝰ: er-
go tu es coloꝛatus. Ex ista regula seqꝛ ꝙ a
ꝑte disiūcti ad totū disiūctū est bona ꝯña:
vt hō currit ergo homo vel asinus currit.
¶ Tertia regula est ista: a disiūctiua affir
matiua cū destructiōe vnius ꝑtis ad alte-
rā partē ē bona ꝯña: vt tu curris: vel tu se-
des: sed tu nō curris ḡ tu sedes. ¶ Quar
ta regula ē ista. A copulatiua negatiua ad
disiūctiuā affirmatiuā factā de ꝑtibꝰ con-
tradictoꝛijs copulatiue affirmatiue est bo-
na ꝯña: vt nō tu es hō vel tu es asinꝰ: ergo
tu nō es hō vel tu nō es asinus ⁊ econuer
so. Et nota ꝙ copulatiua affirmatiua ha-
bet duo ꝯ̈dictoꝛia: quoꝝ vnum ē copulati
ua negatiua in qua ꝑ̄poniꝛ negatio et reli-
quum ē vna disiūctiua facta de ꝑtibus op
positis ip̄ius copulatiue: quare opoꝛtet ꝙ
copulatiua negatiua ⁊ disiūctiua affirma-
tiua inuicē cōuertanꝛ. verbi gr̄a: tu es hō
⁊ tu es asinus hꝫ duo ꝯtradictoꝛia: quoꝛū
vnū ē hoc nō tu es hō ⁊ tu es asinus: secū
dū v̄o ē illd̄: tu nō es hō vel tu nō es asinꝰ
¶ Quinta regula ē ista: a disiūctiua nega
tiua ad copulatiuā affirmatiuā factam de
pluribus oppositis disiūctiue affirmatiue
ē bonū argumētū ⁊ ecōuerso: vt nō tu cur
ris: vel tu sedes: ergo tu non curris: ⁊ tu
nō sedes ⁊ ecōuerso. Et rō qꝛ oīs disiuncti
ua affirmatiua habet ꝯtradictoꝛiū ꝑ nega
tionē ꝑ̄positā toti: ⁊ ꝑ copulatiuā factā de
ꝑtibus oppositis: vt tu curris vel tu sedes
huic ꝯtradicit quelibet istaꝝ nō tu curris
vel tu sedes: tu nō curris vel tu nō sedes.
¶ Sexta regula ē ista: A ꝯdictionali affir
matiua cū suo antecedēte ad ꝯsequēs eius-
dē ē bona ꝯña: vt si tu es hō tu es aīal: sed
tu es hō ḡ tu es aīal. ¶ Septima regula ē

ista: A conditionali affirmatiua cū contradictorio ꝯsequētis ad contradictoriū antecedētis ē bona ꝯsequētia: vt si antixp̄s est albus antixp̄s ē coloratus: sed antixp̄s nō est coloratus: ergo antixp̄s non est albus. Et notāter dixi in ambabus regulis affirmatiua: quia de negatiua nō tenēt huiusmodi regule.

¶ De ꝓbationibus terminorum tractatus incipit.

Qualiter ꝓpositiones illatiue ꝓbentur presenti doctrina dignoscitur satis plene. Et p̄mo nāq̧ a resolutiōe ē inchoandū qua indiffinite particulares et singulares de subiecto non pronomine demōstratiuo rationabiliter inferuntur. ¶ Quelibet ergo talis ē taliter inferēda: vt ꝓ antecedēte sūmanť duo demonstratiua: in quoꝝ p̄mo prediceť predicatū resoluēde: ⁊ ī secūdo subiectū. verbi gratia: homo currit sic resoluitur: hoc currit ⁊ hoc ē homo: ergo homo currit. Exemplū in obliquo: vt omnis ē asinus: huius ē asinus: et hoc ē homo: ergo ⁊c̃. Et ita in aliis casib⁹ singularis numeri dicať. Exemplū in numero plurali: vt homines currunt: hi currūt: ⁊ hii sunt homines: ergo ⁊c̃. Exēpluz in obliquo: vt aliquoꝝ contradictorioꝝ alterū ē verum. Hoꝝ alterum ē verū: ⁊ hec sunt cōtradictoria: ergo ⁊c̃. ⁊ ita dicatur ī aliis casibus: ita q̧ semper p̄ma demōstratiua sit eiusdem casus cū resoluēda. ¶ Secūda v̄o cōtinue in recto sūmať. ¶ Sed ꝓpositiōes de verbo ampliatiuo eodem modo ꝓbantur: excepto q̧ hec secūda demōstratiua debet esse de verbo disiuncto verbi substātiui de p̄senti ⁊ eiusdē de p̄terito vel futuro: aut alterius. verbi gratia: homo currebat: sic resoluit: hoc currebat et hoc ē vel erat homo: ergo ⁊c̃. Item homo disputabit: hoc disputabit: ⁊ hoc ē vel erit homo: ergo ⁊c̃. ita q̧ verbū substantiuum sumptuz secūdo loco sit semper consimilis temporis cum verbo resoluende ꝓpositionis. ¶ Sed quando propositiōis resoluēde verbū p̄ncipale ē li potest: cōtingit: incipit vel desinit: secunda ꝓpositio erit de secūdo verbo cōsimili: vt homo potest eē albus: hoc potest esse album: ⁊ hoc ē vel potest esse homo: ergo. Item albū incipit eē nigrum: hoc incipit esse nigrum: ⁊ hoc est vel incipit esse album: ergo. ⁊ ita dicatur ī plurali: vt prius. ¶ Modus consimilis ē tenendus in propositionibus de extremo copulato vel disiūcto: vt homo vel asinus currit: si totum disiunctum ē subiectuz resoluatur sic: hoc currit ⁊ hoc est homo vel asinus: ergo. ¶ Si autem prima pars fuerit subiectuz: sic resoluitur: hoc vel asinus currit: ⁊ hoc ē homo: ergo. Et ita dicendū in illis de copulato ⁊ condictionato subiecto: vt homo ⁊ asinus currit. ¶ Propositio si ē impossibilis ē falsa. Idem est dicendum de particulari et singulari resolubili affirmatiua sicut de indefinita: vt aliquis homo disputat: sortes currit. ¶ Sed particularis vel īdiffinita negatiua habet duplicem modum probandi. ¶ Primus dictus ē vt hoc nō currit: ⁊ hoc est homo: ergo homo non currit. vbi autem videatur q̧ iste modus nō deseruiat sumatur cōtradictoriū illius: vt chimera nō currit. Hec indiffinita probari non potest per duo demonstratiua: quia semper secūda esset falsa scilicet hoc est chimera: ideo ad veritatem videndam istius sumatur cōtradictoriuz scilicet omnis chimera currit: ⁊ quia hec est falsa: ideo illa est vera. ¶ Consimiliter est dicendum in aduerbiis: vbi subiectum fuerit aduerbium habens terminū infra se: vt aliquando tu es: nunc tu es: et nūc est aliquando: ergo. Item heri tu fuisti: tunc tu fuisti: ⁊ tunc est vel fuit heri: ergo. Item ante a tu disputabis: tunc tu disputabis: ⁊ tūc est vel erit ante a: ergo. Itē alicubi tu es: ibi tu es: ⁊ ibi ē alibi: ergo ⁊ ita de preterito ⁊ futuro dicatur: vt dictuz est in temporali. Ex predictis infero q̧ etiam probande sunt propositiones indefinite ⁊ particulares de verbo substantiuo p̄sentis temporis: ⁊ predicato participio: sicut propositiones de verbo principali illi⁹ participii Uolo dicere q̧ ita probanda est hec resolubiliter. Adam ē preteritus: sicut

illa: adam fuit: et illa antichristus e futurus sicut illa antichristus erit: vt hoc erit: et hoc est vel erit antichristus: ergo antichristus est futurus. Aliquis homo est interfectus hoc est interfectum: et hoc est vel fuit aliquis homo: ergo &c. Item sortes e potens esse: hoc est potens esse: et hoc est vel potest esse sortes: ergo &c. ¶ Iuxta predicta sequitur veritas multaru ppositionu. ¶ Prima est illa Senex erit puer: probatur: hoc erit puer: et hoc est vel erit senex: ergo &c. Demonstrando vnum qui est puer et erit senex. ¶ Secunda propositio puer fuit senex. probatur: hoc fuit senex: et hoc est vel fuit puer: g demostrado vnu sene. ¶ Tertia propositio album fuit: quando non fuit album. probatur: et pono q tu sis albus: et continue ante hoc fueris niger: illo posito hoc fuit quando non fuit album: et hoc est vel fuit album: ergo &c. ¶ Quarta propositio pater erit quando non habebit filium neq filiam. probatur: hoc erit quado non habebit filium neq filiam: et hoc est vel erit pater: ergo. demonstrando vnum patrem qui remanebit post mortem filiorum et filiarum. ¶ Quinta propositio aliquo maiori te et quolibet minori tu es minor. probatur: isto tu es minor demonstrado vnum maiorem te et est maius te et quolibet minori te: ergo &c. ¶ Sexta propositio: aliquo minori te: et quolibet maiori te tu es maior. probatur ista: tu es maior demonstrando vnum minorem te: et hoc est minus te et quolibet maiori te: ergo &c.

¶ Septima propositio: album potest esse nigrum: probatur: hoc potest esse nigrum demonstrando te: et hoc est vel potest esse album: ergo &c. Et ita probatur ista: Sedetem possibile est currere. ¶ Octaua propositio verum est q mundus non fuit. probatur: hoc est q mundus non fuit: demonstrando illa3: tu es et hoc est veru: ergo &c. ¶ Nona propositio: Necessarium est q deus nunq3 erit. probatur: hoc est q deus nunq3 erit demonstrando celum et hoc est necessarium: ergo &c. ¶ Decima propositio: possibile e q nihil fuit et q nihil erit. Probatur: hoc est qd nihil fuit et qd nihil erit: demonstrando instans presens: et hoc est possibile. ergo &c.

¶ Undecima propositio: Candela lucens est extincta. probatur: hoc est extinctu demonstrado candelam iam extinctam que prius fuit lucens: ergo &c. ¶ Duodecima propositio: Uiuum est mortuum. Probatur: hoc est mortuu demonstrando adam: et hoc est vel fuit viuum: ergo &c.

Uniuersalis propositio affirmatiua exponibiliter probatur per suam preiacentem et vniuersalem negatiuam sibi correspondetem: vt omnis homo currit: exponitur sic: homo currit: et nihil e homo quin istud currat: ergo &c. ¶ Exemplum in numero plurali: vt omnes homines currunt: homines curru t: et nulla sunt homines quin illa currant: ergo et cetera. ¶ Consimiliter in obliquis casibus: preter hoc q in negatiua exponente ponatur subiectum vniuersalis semper in recto: et relatiuum in obliquo consimili cum obliquo propositionis exponende: vt cuiuslibet hominis asinus currit: hominis asinus currit: et nihil est homo quin illius asinus currat: ergo et cetera. ¶ Item omnium cotradictoriorum altera pars est vera: cotradictoriou altera pars est vera: et nulla sut cotradictoria quin illorum altera pars sit vera: ergo et cetera. Ita q semper relatiuu sequatur li quin. postremo vero omnis terminus qui se tenet a parte predicati: et ita in alijs casibus est dicendum. ¶ Modo consimili probantur propositiones vniuersales de verbo ampliatiuo: preter hoc q in secunda exponente ponitur verbum disiunctu: vt in resoluentibus. Uerbi gratia: omnis homo fuit: sic exponitur: homo fuit: et nihil est vel fuit homo: quin illud fuit: ergo et cetera. Item omne album disputabit: album disputabit: et nihil est vel erit album: quin istud disputabit: ergo &c. Oe album potest esse nigrum: album potest ee nigrum: et nihil est vel potest ee albu: quin istud possit esse nigru: ergo &c. Ite ois ho icipit disputare: homo incipit disputare: et

nihil eſt vel incipit eſſe hō quin illud inci-
piat diſputare: ḡ ⁊c̄. In obliqs caſibꝰ etiā
ꝯſilr̄ exponat̄: tenēdo modū priorē de rela
tiuo. ¶ Cōſilr̄ exponunt̄ prepoſitiōes de
p̄nti habētes p̄dicatū ꝑticipiū alicuiꝰ v̄bi
ampliatiui: vt oīs hō eſt preteritꝰ: exponit̄
ſic: hō eſt p̄teritꝰ: ⁊ nihil eſt vel fuit hō: qn
illud ſit p̄teritū: ḡ ⁊c̄. ¶ Itē oē albū eſt ge-
nerandū: albū eſt generādū: ⁊ nihil eſt vel
erit albū: qn iſtud ſit generādū: ḡ ⁊c̄. Sꝫ ꝓ
poſitiones de ſubiecto cōpoſito p̄nt dupli
citer exponi: ſm ꝙ ſubiectū pōt eē totū cō-
poſitū vel pars: vt oīs hō vł aſinꝰ eſt aſinꝰ:
ſi ſubiectū eſt totū diſiunctū: ſic exponitur
hō vel aſinus eſt aſinꝰ: ⁊ nihil eſt hō vel aſi
nus qn illud ſit aſinus: ḡ ⁊c̄. Si v̄o precise
p̄ma pars ē ſubiectū: ſecūda expones erit
illa: nihil eſt hō: qn illud vel aſinꝰ ſit aſinꝰ.
Et ſic illa vl̄is erit falſa p̄mo ⁊ ſecūdo mō
vera. Et ita de alijs dicat̄ cuiuſcūqꝫ cōpoſi
tionis exiſtāt vel caſus. vl̄is autē negatiua
nō exponit̄: ſꝫ dupliciť ꝓbat̄: aut ꝑ ſua ſin-
gularia: aut ꝑ ſuū contradictoriū. v̄bi gr̄a
Nullus hō eſt chimera: ꝓbat̄ ſic p̄mo: nec
ille hō eſt chimera: nec ille hō eſt chimera:
⁊ ſic de ſingul̄: ḡ ⁊c̄. Secūdo mō ꝓbat̄ ſic:
illa ꝓpō eſt falſa: aliqs hō eſt chimera: ⁊ il-
la ꝯtradicit iſti: nullus hō ē chimera: ergo
hec eſt vera: ⁊ cōiter in oībꝰ alijs talꝰ modꝰ
ſuet̄. Ex p̄dicto mō ꝓbādi ꝓpōnes vl̄es af
firmatiuas īfero aliqs ꝓpōnes. ¶ Prima
eſt iſta: Oē qḋ fuit eſt. ꝓbat̄: aliqd qḋ fuit
eſt: ⁊ nihil eſt qḋ fuit: qn illud ſit: ḡ maior ē
manifeſta: ⁊ ſilr̄ minor: q2 ſuū contradicto
riū eſt falſū: videlicet: aliqd eſt qḋ fuit qḋ
nō eſt. huiꝰ nāqꝫ ē implicatio ꝯtradictiōis.
Et ita ꝯcedit̄: ꝙ oē qḋ erit eſt: ⁊ oē qḋ pōt
eē eſt: ⁊ oē qḋ ē intelligibile aut imaginabi
le ē. pꝫ q̄libet iſtarū cū ſuis exponentibꝰ: in
q̄rū negatiua debet poni v̄bū diſiūctū: q2
v̄bū p̄ncipale ipſius vl̄is ē ſolūmō v̄bū de
p̄nti abſqꝫ ꝑticipio ſubſequente alicuiꝰ v̄bi
ampliatiui. Secūda ꝓpō: oē qḋ nō fuit eſt
ꝓbat̄: aliqd qḋ nō fuit eſt: ſi ē inſtās p̄ns: ⁊
nihil ē qḋ nō fuit: qn illḋ ſit: ḡ ⁊c̄. ¶ Secū
da exponēs iterū ē vera: q2 ſuū ꝯdictoriū
implicat ꝯdictionē: videlicet aliqd eſt qḋ
nō fuit qḋ nō eſt. Et ꝯſequēter cōcedit̄: ꝙ
oē qḋ nō erit eſt: ⁊ oē qḋ nō potuit nec po-
terit ē. ¶ Tertia ꝓpō: quolibet maiori te
⁊ quolibet minori te tu es minor: ꝓbat̄ ali
q̄ maiori te ⁊ q̄lꝫ miōri te tu es miōr: vt ꝓ-
batū ē ī alio caplo: ⁊ nihil ē maiꝰ te ⁊ q̄libꝫ
minori: quī illo tu ſis minor: ḡ ⁊c̄. Minor
pꝫ: q2 ſuū ꝯdictoriū ē falſū. ¶ Quarta pro
poſitio: q̄libet minori te ⁊ q̄libet maiori te
tu es maior: probat̄: aliq̄ minori te ⁊ q̄libet
maiori te tu es maior: ⁊ nihil eſt minꝰ te: ⁊
q̄libet te maiori qn illo tu ſis maior: ḡ ⁊c̄.
Patet ꝯſequētia cū maiori ex alio capitu-
lo. Minor ꝓbat̄ ꝑ ſuū ꝯtradictoriū: qḋ eſt
falſum: videlicet aliquid eſt minus te quo
libet maiori te: q̄ tu nō es maior: quare ⁊c̄.

Propoſitio officiabil̄ eſt illa cuiꝰ di-
ctū vel oīo infinitiua determinatur
aliq̄ termino modali vel cōcernēte
actū mētis. Termini modal̄ ſūt iſti: verū:
falſū: neceſſariū: ꝯtingēs: poſſibile: ⁊ impoſ
ſibile. Termini v̄o ꝯcernētes actū mentis
dicunt̄ iſti Scio: dubito: credo: volo: nolo:
intelligo: cognoſco: ⁊ ſil̄es. ac etiam ipſoꝝ
ꝑticipia. Hꝰi aūt termini aliqñ faciūt ſen-
ſum cōpoſitū aliqñ diuiſū faciūt ſenſū. Cō
poſitū qñ precedūt totaliť dictū vel oīonē
infinitiuā: aut finaliť ſubſequunt̄: vt poſſi
bile eſt ſoꝛ. currē. Soꝛ. currere eſt ꝯtingēs:
tu ſcis deū eē: deū eē eſt ſcitum a te. Sꝫ qñ
aliqs iſtoꝝ termioꝝ mediat inť accuſatiuū
caſū ⁊ v̄bū infinitiui modi: tunc ꝯſtituē dr̄
ſenſū diuiſum: vt deū neceſſe eſt eē: hoīem
ſcis eē aīal: ⁊ ita de alijs. Et hmōi ꝓpō de
ſenſu diuiſo ꝓbāda ē ſm exigētiā termini
p̄cedētis ſimpliciť: ⁊ nō rōne termini mo-
dalis: aut rōne alicuiꝰ alteriꝰ termini ꝯcer
nētis actū mētis. Verbi gr̄a: oēm hominē
poſſibile eſt currē: hec nō ē officiāda: ſꝫ ex-
ponēda: iuxta doctrinā traditā in ꝓbatiōe
vniuerſaliū ꝓpōnū iſto mō: hominē poſſi-
bile eſt currere: ⁊ nihil eſt vel poſſibile eſt
eſſe hominē qn illud poſſibile ſit currere:
ḡ ⁊c̄. Itē hec eſt reſoluēda. A. ſcio eē verū
iſto mō: h ſcio eē verū: ⁊ h eſt. A. ḡ ⁊c̄. Pro
poſitio v̄o de ſenſu cōpoſito officiabiliter
ꝓbat̄: vt poſſibile eſt ſoꝛ. currere: hec pro-
poſitio eſt poſſibilis: ſoꝛ. currit: que adeq̄-
te ſignificat ſoꝛ. currere: ergo ⁊c̄. Item ne-

ergo 7c̃. Consimiliter pbaſ iſte: tu ſcis ſoꝛ. currere: tu dubitas regem ſedere. Pꝛima nãq3 ſic officiaſ: hec ꝓpoſitio eſt ſcita a te ſoꝛ. currit q̃ adequate ſignificat ſoꝛ. currere: ergo 7c̃ 7 ita ꝯſilr dicatur ad infinitas cõſimiles iuxta ꝯſonantiã termini faciẽtis ſenſum cõpoſitũ. C Ex p̄dictis iſero aliq̃s ꝯcluſiones. p̄ma eſt iſta: Album poſſibile ẽ eſſe nigrum 7 tñ impoſſibile ẽ album eſſe nigrum. p̄ma pars p3 qm̃ hoc poſſibile ẽ eſſe nigrũ te demõſtrato: 7 hoc ẽ vel poſſibile eſt eſſe albu3: g̃ 7c̃. p3 ꝯñtia a reſoluentib⁹ ad reſolutũ. Et ſcd̃a ps ꝓbatur. Nam hec ꝓpoſitio eſt impoſſibilis album ẽ nigrũ: q̃ adequate ſignificat albũ eſſe nigrũ: ergo 7c̃. p3 ꝯſequẽtia ab officiãtibus ad officiatũ. Et ita ꝓbatur iſta ꝯcluſio ſedentẽ poſſibile ẽ currere: 7 tñ impoſſibile ẽ ſedentẽ currere. C Scd̃a cõcluſio omnẽ hominẽ ꝯtigẽs eſt eſſe 7 tñ neceſſe ẽ omnẽ hoĩe3 eſſe: p̄ma pars ꝓbatur qm̃ hominẽ cõtingens ẽ eſſe 7 nihil ẽ vel ꝯtingẽs ẽ eſſe hominẽ quin illud ꝯtingens ſit eſſe: p3 ergo 7c̃. ꝯſequẽtia ab exponẽtib⁹ ad expoſitu3. Scd̃a pars ꝓbatur nam hec eſt neceſſaria oĩs homo eſt que adequate ſignificat omnẽ hoĩe3 eſſe ergo 7c̃. p3 ꝯſequẽtia vt prius. C Tertia ꝯclo: tu ſcis alterũ iſtoꝝ eſſe verũ demonſtratis iſtis ꝯtradictoꝛijs rex ſedet nullus rex ſedet: 7 tñ nullum iſtoꝛum ſcis eſſe verum: pꝛima pars p3 quia hec eſt ſcita a te: alterum iſtoꝛũ ẽ verum que adequate ſignificat alterum iſtoꝛu3 eſſe verum ergo 7c̃. ſcd̃a pars ꝓbatur nec hoc iſtoꝝ ſcis eſſe verum demonſtrando affirmatiuã nec hoc iſtoꝝ ſcis eſſe verum demonſtrãdo negatiuã 7 non ſunt plura iſtoꝛum: ergo 7c̃. p3 ꝯſequentia a ſingularibus ſufficiẽter enumeratis ad ſuam vniuerſale3. C Quarta ꝯcluſio: tu dubitas a eſſe verum: 7 tñ nullum a dubitas eſſe verum: ꝓbatur 7 pono ꝙ omne a ſit illa: deus eſt quã ſcias eſſe veram: ſed dubites an iſta ſit a. iſto poſito pꝛima pars patet: qm̃ hec eſt tibi dubia: a eſt verum q̃ adequate ſignificat a eſſe veru3. ergo 7c̃. C Secunda pars ꝓbatur ſic: arguendo nullam talem deus eſt dubitas eẽ verã. ſed omne a eſt aliq̃ talis ergo nullũ a dubitas eſſe verum. p3 ꝯſequentia quia eſt ſyllogiſmus in ſcd̃o p̄me figure 7 antecedens ẽ manifeſtũ ex caſu. C Quinta cõcluſio volo tibi dare equũ meum: 7 tñ nullum equũ meũ volo tibi dare. ꝓbatur 7 pono ꝙ tibi ꝓmittam equũ meũ quẽ creda3 eſſe in ſtabulo: ſit tñ corã me quẽ puta3 eſſe platonis ita ꝙ non meũ: ob quã cauſam iſtum equum quẽ video nõ velim tibi dare. iſto poſito p̄ma pars patet officiãdo per caſum. 7 officiatur ſic: hec ꝓpoſitio eſt volita a me: do tibi equũ meũ: que adequate ſignificat me dare tibi equũ meũ: ergo 7c̃ p3 ꝯſequẽtia ab officiãtibus ad officiata3. ſecũda3 partem ꝓbo ſic: nullum equũ quẽ credã eſſe platonis volo tibi dare: ſed oẽ3 meũ equũ credo eſſe platonis: ergo nullũ equũ meum volo tibi dare. p3 ꝯſequentia vt p̄us quia eſt in ſecũdo p̄me figure 7c̃. C Sexta ꝯcluſio pcipio ſoꝛ. loqui 7 tñ nullum ſoꝛ. percipio loqui. ꝓbatur 7 pono ꝙ ſint a longe ſoꝛ. 7 plato: ita ꝙ neſciã diſtinguere quis ſit ſoꝛ. vel plato q̃ loquaſ tñ ſoꝛ. cuius vocem bene cognoſcam ꝙ eſt ſoꝛ. 7 non loquaſ plato. iſto poſito p3 p̄ma ps per caſu3 q2 ſequitur pcipio vocem ſoꝛtis ergo pcipio ſoꝛ. loqui. 7 ſecũda pars ꝓbaſ qm̃ ſequitur nullũ iſtoꝝ percipio loqui ſed oĩs ſoꝛ. ẽ aliq̃s iſtoꝝ: g̃ nullũ ſoꝛ. pcipio loq̃ p3 ꝯſequẽtia q2 ille eſt ſyllogiſmus in ſcd̃o p̄me figure. C Hic ẽ notandũ ꝙ iſte ꝓpoſitiones ꝯceſſe in cap̄lo reſolubiliũ ſcilicet verum eſt ꝙ mũdus non fuit 7 neceſſariũ eſt ꝙ deus nunq̃ erit: poſſibile eſt ꝙ nihil fuit: ꝙ 7 nihil erit: nõ ſunt vere officiabiliter pꝛobando: nec ſunt ſimiles in ſignificatione reſolubiliter 7 officiabiliter quoniã officiabiliter teneſ li ꝙ ꝯiunctiue: et reſolubiliter tenetur relatiue quare 7c̃.

Ropoſitio deſcriptibilis eſt illa in qua terminus ꝯcernens actũ mentis incomplexum determinat nullo termino p̄cedente mediato vt ego cognoſco ſoꝛ. hec nãq3 ſic deſcribiſ. Ego cognoſco aliquid ſub ratione qua ſoꝛ. tu intelligis hominẽ tu intelligis aliq̃d ſub ratione qua hõ. C Sed termini ꝯcernentes actũ mẽtis qui ſi cadũt ſup incõplexũ: illud ne

cessario est significatiuũ cõplexi aliter sũt
describẽdi sicut: scire: credere: dubitare ⁊
huiusmodi: vt tu scis a ꝓpõnem sic descri
bitur tu scis adequatũ significatũ a ꝓposi
tiõis qd̃ scis adequate significari ꝑ a ꝓpo-
sitionẽ: ergo ⁊c̃. Tu credis a ꝓpõez tu cre
dis adequatũ significatũ a ꝓpositiõis qd̃
credis adequate significari ꝑ a ꝓpositioẽ
ergo ⁊c̃. Itez tu dubitas a ⁊ b ꝓpositiões
tu dubitas adequata significata a ⁊ b ꝓpo
sitionũ: que scis vel credis adequate signi
ficari ꝑ a ⁊ b ꝓpositiones: g̃ ⁊c̃. Notãter di
cebat̃ nullo termino mediato p̃cedẽte q:
si p̃cederet aliqs terminus mediatus rati
one illius deberet ista propositio probari:
q: a p̃mo termĩo mediato semꝑ ẽ inchoan
da ꝓpositionis probatio: vt oĩs hõ intelli-
git se: hec est exponẽda isto modo: homo
intelligit se ⁊ nihil est hõ quin illud intelli
gat se: g̃ ⁊c̃. Item hoĩes cognoscũt futura
hec ẽ sic resoluẽda: hec cognoscũt futura ⁊
hec sunt homines: ergo ⁊c̃. Circa p̃dicta
in hoc caplo ⁊ prioribus ẽ notãda diuersi-
tas ꝓbationũ p̃cedentiũ quantũcũq; ꝓpo
sitionũ: qm̃ ꝓpositio descriptibilis ꝯuerti
tur cum sua descriptiõe ⁊ ꝓpositio vl'is af
firmatiua seu quecũq; alia exponibilis si-
militer conuertitur cum suis exponẽtibꝰ
simul sumptis: vnde bene sequitur cogno
sco hominẽ: ergo cognosco aliquid sub ra-
tiõe qua hõ: ⁊ ecõuerso. Itẽ omnis hõ cur
rit: ergo homo currit ⁊ nihil ẽ homo quin
illud currat. Item omnis homo currit: er
go homo currit: et nullus est homo quin
currat ⁊ econuerso. Sed ꝓpositio resolubi
lis nõ conuertitur cum suis resoluentibus
nec officialis cum suis officiantibus: vnde
licet sequatur hoc est aĩal ⁊ hec ẽ homo: g̃
homo ẽ animal: non tñ sequitur ecõuerso
homo est animal: ergo hoc ẽ animal ⁊ hoc
est homo: q: añs ẽ necessariũ ⁊ consequẽs
contingens etiam post mille annos erit ita
sicut significatur per antecedens ⁊ tamen
non erit ita sicut significatur ꝑ ꝯsequens.
Item sequitur hec ꝓpõ est necessaria deꝰ
est: que adequate significat deum esse: g̃
necesse est deum esse: ⁊ tamen non sequit̃
econuerso necesse est deum esse: ergo hec
propositio est necessaria deus est que ade
quate significat deum esse: q: antecedens
est necessarium ⁊ consequens contingens
Similiter si nulla propositio foret ita esset
sicut significatur per antecedens ⁊ tamen
non ita esset sicut significatur per conse-
quẽs. ¶ Ex predictis infero aliquas ꝯclu-
siones. p̃ma ẽ ista venientẽ cognosco ⁊ tñ
nõ cognosco venientez: ꝓbatur ⁊ pono q̄
sor. sit a longe qui veniat versus me: quez
cognosco esse sor. sed credã ipm nõ moue-
ri: ⁊ nihil aliud ꝯcipiam: isto posito prima
pars ꝓbat̃: qm̃ hoc cognosco ⁊ hoc est ve-
niẽs: g̃ ⁊c̃. Scd̃a pars etiam patet: q: non
cognosco aliqd sub rõne q̃ veniẽs. ¶ Se-
cunda ꝯclusio ẽ ista deum trinũ ⁊ vnũ co-
gnouit Aristoteles ⁊ tñ aristo. non cogno-
uit deũ trinũ ⁊ vnum. prima pars pꝫ qm̃
hoc ꝯtingit Aristo. demonstrãdo deum ⁊
hoc est trinus ⁊ vnus: ergo ⁊c̃. secunda ꝑs
etiã pꝫ: qm̃ Aristo. non cognouit aliquid
sub ratione qua trinus ⁊ vnus: ergo ⁊c̃.
patet ꝯsequentia a descriptione ad descri-
ptum. ¶ Tertia conclusio a propositionẽ
scio tamen nescio a propsitionez. probatur
⁊ pono q̄ a sit ista: deus est quam sciam et
credam q̄ non sit aliquod in mundo: illo
primo modo a scio: quia hoc scio demon-
strando istam deus est ⁊ hoc est a: ergo ⁊c̃
⁊ tamen non scio a q: non scio aliquid sub
ratiõe qua a ex quo nõ scio a esse ¶ Quar
ta conclusio sortem percipis ⁊ tamen non
percipis sor. probatur: ⁊ pono q̄ sor. loqua
tur coram te cuius vocem audias: credas
tu tamen q̄ non sit aliquis sor. in mundo.
illo posito sor. percipis quia hoc percipis
⁊ hoc est sor. ergo ⁊c̃. ⁊ tamẽ non percipis
sor. quia non percipis aliquid sub ratione
qua sortes quare ⁊ cetera.

Ex predictis patet q̄ necessarium et
cõtingens dupliciter sumũtur: sci
licet resolubiliter ⁊ officiabiliter. sꝫ
ipsorum aduerbia scilicet necessario ⁊ con
tingenter exponibiliter ꝓbãtur: vt neces-
sario deus ẽ sic exponit̃ deus ẽ ⁊ nõ potest
esse quin deus sit: ergo ⁊ cetera. Itẽ neces
sario mũdus fuit: mũdus fuit ⁊ nõ potuit
esse quin mundus fuerit. Item necessario
aliquid erit: aliquid erit ⁊ nõ poterit esse
quin aliquid erit: ergo ⁊c̃. ¶ Ita q̄ ver-

bum pricipale regule exponētis sit eiusdē
temporis cum verbo principali exponēde.
Opposito modo exponitur cōtingenter tu
es: exponitur sic: tu es ⁊ potest esse ꝙ tu nō
sis: ergo ⁊c̄. Item contingenter tu eris: tu
eris ⁊ poterit esse ꝙ tu non eris: ergo ⁊c̄.
Et ita de preterito dicat. Hic sunt duo no-
tabilia. Primum est ꝙ necessario ⁊ contin-
genter sumuntur: aliquando in sensu di-
uiso ⁊ aliquando in sensu composito sicut
necessarium ⁊ contingens. ¶ In sensu cō-
posito quādo totaliter precedunt: aut fina-
liter subsequunt: vt necessario homo ē aīal
tu curris contingenter: sed in sensu diuiso
quando mediant inter subiectum ⁊ verbū
aut inter verbum ⁊ predicatum. Exemplū
primi: homo necessario est animal. Exem-
plum secundi: sortes est contingenter cur-
rens. Secundum notabile est illud. Qua-
litercūqꝫ in sensu composito sumatur semp
eodem modo exponuntur vt dictum ē. Sꝫ
quādo in sensu diuiso sumuntur preceden
te alio termino mediato non exponuntur:
sed propositio probanda est ſm exigentiaꝫ
termini precedentis: vt homo necessario ē
animal. hec non est exponenda neqꝫ ꝓban-
da ratione illius termini necessario: sed re
soluenda ratione istius termini homo: vt
hoc necessario est animal: ⁊ hoc est homo:
ergo ⁊c̄. quo facto prima resoluēs est expo-
nenda sic: hoc est animal ⁊ hoc non potest
non esse animal: ergo ⁊c̄. ita ꝙ li potest se-
quatur subiectum: sicut li necessario vl' cō-
tingenter. Ex quo sequitur etiam ꝙ istud
verbum potest sinmitur aliqñ in sensu com
posito aliqñ in sensu diuiso. In sensu com-
posito quādo precedit totaliter in sensu im
personaliter tenetur: vt potest eē ꝙ tu cur-
ris. In sensu diuiso quādo personaliter su
mit vt antichristus pōt eē. ¶ Ex predictis
infero aliquas conclusiones. Prima est ista
necessario aliquid est. qđ cōtingenter est.
probatur aliquid est qđ contingenter est ⁊
nō potest esse quin aliquid sit qđ contingē-
ter est: ergo ⁊c̄. ¶ Secunda conclusio aīa
tua necessario est: ⁊ tamen cōtingenter aīa
tua est. prima pars probatur resolutorie: vt
hoc necessario est: ⁊ hoc est anima tua: er-
go ⁊c̄. ¶ Secunda pars probatur exponi-
biliter sic: anima tua est ⁊ potest esse ꝙ non
anima tua sit: ergo ⁊c̄. Nam sequit tu non
es: ergo non anima tua est: quia ex opposi-
to sequitur oppositum ⁊ potest esse ita sicut
significatur per antecedēs: ergo potest eē
ita sicut significatur per cōsequēs. ¶ Ter-
tia conclusio necelse est te fuisse ⁊ tamen cō
tingenter tu fuisti. prima pars probat qm̄
hec est necessaria tu fuisti que adequare si
gnificat te fuisse: ergo ⁊c̄. Secunda pars
probatur: naꝫ tu fuisti ⁊ potuit esse ꝙ tu nō
fuisti: ergo contingenter tu fuisti. ergo ⁊c̄.
¶ Quarta conclusio potest esse ꝙ antichri
stus sit homo qui est: ⁊ tamen antichristus
non potest esse homo qui est. prima pars ꝓ
batur quoniam hec est possibilis: antichri-
stus est homo qui est: que adequate signifi
cat ꝙ antichristus est homo qui ē: ergo ⁊c̄.
vnde li potest impersonaliter sumptum est
terminus officiabilis sicut li possibile. secū-
da pars patet quoniam detur oppositum:
videlicet antichristus potest esse homo qui
est: ⁊ ex isto sequitur ꝙ antichristus potest
esse homo ⁊ iste est: consequens est falsum:
ergo ⁊ antecedens. ⁊ patet consequentia:
quia li potest sumptum personaliter est ter
minus immediatus ⁊ relatiuum qui que
quod est resolubile generaliter in ⁊ ille il-
la illud: ex quo non impeditur per aliquod
significatum precedens. Hinc est notan-
duꝫ ꝙ li necessario dupliciter sumitur. vno
modo nominaliter in datiuo vel in ablati-
uo casu. Alio modo aduerbialiter vt dcm̄
est. Primo modo non exponitur sed re-
soluit: vt necessario tu es: isto tu es ⁊ hoc ē
necessariuꝫ: ergo. ex quo sequitur ꝙ neces
sario tu es homo: ⁊ tamen contingenter tu
es homo: tenēdo li necessario nominaliter
in ablatiuo casu: quia illo tu es demonstrā
do deum ⁊ hoc est necessarium: ergo ⁊c̄.
Sumendo tamen li necessario aduerbia
liter foret ista propositio impossibilis pro-
pter impossibilitatem exponentium. Iteꝫ
conceditur ꝙ sor. necessario obedit ⁊ idem
sor. contingenter obedit sumendo li neces-
sario in datiuo casu: quia sor. huic obedit
demonstrando deum ⁊ hoc est necessariū:

ergo ⁊c̃. ¶ Scd̃a pars etiam patet exponendo sic: sor. obedit ⁊ potest non obedire ergo contingenter sor. obedit: quare ⁊c̃.

NAm gradus cõparatõis: restat exponere ⁊ primo positiuũ cõparabiliter sumptũ: vt tu es ita fortis sicut aliqs homo mundi: exponitur sic: tu es fortis: et aliqs homo mũdi est fortis: ⁊ non aliqs hõ mũdi est fortior te: ergo ⁊c̃. ¶ Itẽ tu fuisti ita fortis sicut aliquis hõ: tu fuisti fortis: ⁊ aliqs hõ fuit fortis: ⁊ non aliqs homo fuit fortior te: ergo ⁊c̃. ⁊ ita de futuro suo modo dicat̃ ¶ Sed notãdũ ꝙ si fiat cõparatio respectu termini cõis a parte post non distributi nõ debet sumi ille terminus sub distributione in aliqua exponentiũ: vt tu es ita albus sicut oĩs hõ: nõ debet dici in scd̃a exponente oĩs hõ est albus: qꝛ hec est falsa et exposita vera. Sequit̃ enim tu es ita albus sicut iste homo: ergo tu es ita albꝰ sicut oĩs homo: patet ꝯsequentia ab inferiori ad suũ superius affirmatiue sine distributiõe ⁊ sine signo impediente. Ideo debet sic exponi: tu es albus: ⁊ hõ est albus: ⁊ nõ oĩs hõ ẽ albior te: ergo ⁊c̃. ¶ Ex predicto mõ exponendi infero aliquas ꝯclusiones. Prima ẽ ista: tu es ita fortis sicut oĩs hõ mundi ⁊ tñ non es ita fortis sicut aliquis homo mũdi prima pars patet: quia tu es fortis ⁊ homo mundi est fortis ⁊ non omnis homo mũdi ẽ fortior te: ergo ⁊c̃. Scd̃a pars similiter pꝫ quoniam suum contradictorium est falsuꝫ videlicet tu es ita fortis sicut aliqs homo mundi: quia ex ipsa sequitur tertia sua exponens: videlicet non aliquis homo mũdi est fortior te quod est falsum. ¶ Scd̃a conclusio animal quod nõ est ita forte sicut leo est ita forte sicut omne animal mundi: probatur equus ẽ ita fortis sicut omne animal mundi: ⁊ idem equus est animal quod nõ est ita forte sicut leo: ergo ⁊c̃. patet cõsequẽtia a resoluentibus ad resolutũ. antecedẽs autem patet exponendo ⁊ resoluendo. ¶ Tertia conclusio: ego sum ita sapiens sicut tu ⁊ deus: ⁊ tamen ego non sum ita sapiens sicut deus: secũda pars ẽ de se manifesta. ⁊ probatur prima. Nam ego sum sapiens ⁊ tu ⁊ deus estis sapiẽtes ⁊ nõ tu ⁊ deꝰ estis sapientiores me: ergo ⁊c̃. patet consequentia ab exponẽtibus ad expositum. Et prima ac secũda pars sunt manifeste. Tertia v̄o probatur quia si non detur oppositũ tu ⁊ deus estis sapientiores me: ergo tu es sapientior me: consequẽs falsum vt ego suppono. ¶ Quarta ꝯclusio tu eris ita senex sicut tu eris: ⁊ tamẽ in nullo instãti tu eris ita senex sicut tu eris. prima pars patet per exponentes: tu eris senex ⁊ nunq̃ꝫ eris senior q̃ꝫ tu eris: ergo ⁊c̃. Secunda pars probatur quoniã quocũqꝫ instãti dato in quo tu eris senex: in instanti non eris ita senex sicut tu eris: qꝛ post istud eris senior: ergo in nullo ĩstãti tu eris ita senex sicut tu eris patet consequentia: quia contradictorium consequentis repugnat antecedenti ꝓpter distributionem huius termini sicut supra verbum substantiuum.

COmparatiuus gradus exponitur similiter per tres exponentes: vt sor. est fortior pla. sor. est fortis ⁊ plato est fortis ⁊ non plato est ita fortis sicut sortes: ergo ⁊c̃. ¶ Item tu es fortior aliquo hoĩe: tu es fortis ⁊ aliquis homo est fortis ⁊ non aliquis homo ẽ ita fortis sicut tu: ergo ⁊c̃. ¶ Sed huius tu es albior omni homine: secunda exponẽs nõ debet esse ista: omnis homo est albus: quoniam tũc exposita eẽt vera ⁊ vna exponens falsa: quod non ẽ cõcedẽdum in logica: sed debet sic exponi ita tu es albus ⁊ homo ẽ albus ⁊ nõ omnis hõ ẽ ita albus sicut tu: ergo ⁊c̃. ¶ Ex predcõ modo exponendi infero aliquas conclusiones. Prima tu es albior omni homĩe ⁊ tñ tu nõ es albior aliq̃ homine. p̃ma ps patet per exponentes ⁊ secunda similiter qa suũ contradictorium ẽ falsum: scilicet tu es albior aliquo homine: quia tertia eius exponens ẽ falsa. videlicet non aliquis homo ẽ ita albus sicut tu: quia tu ipse es ita albus sicut tu: vel quilibet qui ẽ albior te ẽ ita albus sicut tu: licet non precise. ¶ Secunda ꝯclusio sor. q ñ ẽ melior deo ẽ melior omni ente mundi: patet quoniam sor. non ẽ melior deo vt satis liquet ⁊ tamen ẽ melior oĩ ente mundi: quia ipse est bonus ⁊ aliquod ens mũdi est bonum ⁊ non omne ens mun

di ẽ ita bonũ sicut sor. ergo ⁊c̃. ¶ Tertia conclusio ego sum scientior te ⁊ deo: ⁊ tñ non sum scientior deo: secũda pars patet de se: ⁊ prima ꝓbatur ꝑ exponentes. nam ego sum sciens ⁊ tu ⁊ deꝰ estis scientes: ⁊ nõ tu ⁊ deus estis ita sciẽtes sicut ego. ista patet qm̃ detur oppositũ scilicet tu ⁊ deus estis ita scientes sicut ego: ergo tu es ita sciẽs sicut ego. consequens falsum vt ego suppono. ¶ Quarta conclusio tu eris senior q̃z tu eris in aliquo instanti ⁊ tñ in nullo instã ti tu eris senior q̃z tu eris in aliquo instanti ꝑma pars probat: qm̃ tu eris senex ⁊ in aliquo instanti eris senex: ⁊ non in aliquo instanti eris ita senex sicut tu eris: ꝗ tu eris senior q̃z tu eris in aliquo instanti: ꝯsequẽtia tenet ab exponẽtibꝰ ad expositũ ⁊ tertia pars antecedẽtis ꝓbata est in alio capitulo in quarta cõclusione: sed scd̃a pars ꝯclusionis ꝓbatur: quia si nõ detur oppositum scilicet ꝙ in aliquo instãti tu eris senior q̃z tu eris in aliquo instãti: ⁊ sit illud a ⁊ patet ꝙ illa est falsa in a instanti tu eris senior q̃z tu eris in aliquo instãti qꝛ vna exponẽs est falsa scilicet nõ in aliquo instãti tu eris ita senex sicut tu eris in a instãti qꝛ in a instanti tu eris ita senex sicut eris in a instanti ⁊ in infinitis instantibꝰ vltra: quare ⁊ cetera. ¶ Notanduʒ ꝙ quemadmodum exponitur comparatiuus gradus: ita magis: ⁊ q̃z: vt ego sum magis valens q̃z tu: sic exponitur ego sum valens: ⁊ tu es valens: ⁊ non tu es ita valens sicut ego ergo ⁊ cetera. ¶ Consimiles cõclusiones possunt inferri: vnde cõceditur ꝙ animal quod est magis debile q̃z musca est magis forte quam sit omne animal mundi. Et homo qui est magis sapiens q̃z omis homo ẽ minus sapiens q̃z omnis homo: ⁊ ita de infinitis alijs: quare ⁊c̃.

Superlatiuus gradus expõitur per tres exponentes nisi vna istarũ cum altera concidat: vt tu es fortissimus istoꝝ: potest dupl'r exponi: aut ꝑ cõpatiuũ aut ꝑ positiuũ cõparabiliter sũpti. ¶ Exemplũ ꝑmi: vt tu es fortis: ⁊ isti sũt fortes ⁊ nõ aliqs istoꝝ est fortior te: ergo ⁊ cetera ¶ Exemplũ secũdi: tu es fortis: ⁊ isti sunt fortes ⁊ non aliquis istoruʒ est ita fortis sicut tu: ergo ⁊ cetera. ¶ Item tu es fortissimus omnium hominum: sic exponitur: tu es fortis: ⁊ homines sunt fortes: ⁊ non omnes homines sunt fortiores te: ergo ⁊ cetera. vel non omnis homo est fortior te. Secundo modo sic exponitur: tu es fortis: ⁊ homines sunt fortes: et non omnes homines sunt ita fortes sicut tu: vel non omnis homo est ita fortis sicut tu: ergo ⁊ cetera. Et ita de alijs de ꝑterito ⁊ futuro suo modo dicatur. Ex predictis ĩfero aliquas cõclusiones. prima est ista tu es fortissimꝰ istorum ⁊ debilissimus istoruʒ: probatur: ⁊ pono ꝙ tu: sor. ⁊ plato sitis eque fortes: ⁊ per li istorum demonstro vos tres: isto posito patet prima pars: quoniam tu es fortis: ⁊ isti sunt fortes: ⁊ non aliquis istoruʒ est fortior te: ergo ⁊ cetera. Etiam secunda pars est vera: quia tu es debilis: ⁊ isti sunt debiles: ⁊ nõ aliquis istoꝝ est debilior te: ergo ⁊ cetera. Hec tamen conclusio non esset vera exponendo secundo modo: vt puta ꝑ li ita sicut: quare ⁊ cetera. ¶ Secũda cõclusio: tu es sapientissimus omnium hominum: ⁊ tamen tu non es sapientissimus aliquoꝝ hominum. prima pars patet ꝑ exponentes: vt tu es sapiens ⁊ homines sunt sapiẽtes: ⁊ non omnes homines sunt sapientiores te: ergo ⁊ cetera. ¶ Secũda pars ꝓbatur: quoniam suum contradictoriuʒ est falsum: videlicet tu es sapientissimus aliquorum hominũ: propter tertiam exponẽtem falsam scilicet non aliquis homo est sapientior te: ⁊ hec similiter nõ aliquis homo est ita sapiens sicut tu: quia tu met es ita sapiens sicut tu: ergo ⁊ cetera. ¶ Tertia ꝯclusio tu fuisti calidissimus omniũ hominum ⁊ frigidissimus omnium hominũ: prima pars patet: quia tu fuisti calidus ⁊ homines fuerunt calidi: ⁊ non omnis homo fuit calidior te: etiaʒ non omnis homo fuit ita calidus sicut tu. Secũda pars etiaʒ eodem modo probatur: quoniam tu fuisti frigidus: ⁊ homines fuerunt frigidi: ⁊ nõ omnis homo fuit frigidior te: etiam non omnis homo fuit ita frigidꝰ sicut tu: ergo ⁊ cetera. ¶ Quarta conclusio. Aliqd̃ est

maximũ istorũ qđ non est maximũ istoruʒ exponẽdo cõpabiliter. pbatur: ⁊ pono q̄ a sit magnuʒ: ⁊ b maius: c vo maius q̄z a ⁊ maius q̄z b: isto posito: b est maximũ istorũ qđ non est maximũ istorum. probatur: q̄m b est magnũ ⁊ aliquod istorũ q̄ non est maximũ istorum est magnum q̄ma a: ⁊ nulluʒ istorum quod non est maximũ istorum est maius b: ergo b est maximũ istorum quod non est maximũ istorum: patet ↄsequentia ab exponẽtibus ad expositum: quare ⁊c̃.

Differt aliud ⁊ non idem eodem modo exponitur per tres exponentes: vt tu differs ab homine: tu es ⁊ homo est: tu non es homo: ergo ⁊ cetera. Itẽ tu differs ab omni homine: tu es: ⁊ homo est: ⁊ tu nõ es omnis homo: ergo ⁊ cetera. Est tamen aliqua diuersitas in preterito ⁊ futuro: hec enim tu differs ab antichristo non sic expõitur tu eris ⁊ antichristus erit ⁊ tu non eris antichristus: quoniam exponentes sunt vere ⁊ exposita falsa. sequitur enim tu differs ab antichristo: ergo simul eris cum antichristo: consequẽs falsum vt suppono. sed sic exponitur: tu eris ⁊ antichristus erit: quando tu eris: ⁊ tu non eris antichristus: ergo ⁊ cetera. ⁊ ita de preterito dicatur: quare ⁊ cetera. ¶ Ex predictis infero aliquas cõclusiones: Quarum prima est ista: tu differs ab omni homine: ⁊ tamen tu nõ differs ab aliquo hoĩe. Prima pars patet p exponẽtes: quoniã tu es ⁊ homo est ⁊ nõ est omnis homo: ergo ⁊ cetera ¶ Secunda pars etiam probatur: quia si nõ detur oppositum: scilicet tu differs ab aliquo homine: sed hec ẽ falsa: quia tertia eius exponens est falsa: scilicet tu nõ es aliquis homo: ergo ⁊ cetera. ¶ Secunda cõclusio: tu differs ab omĩ ente quod ẽ ⁊ qđ fuit ⁊ quod erit: ⁊ tamẽ tu non differs ab aliquo ente quod ẽ ⁊ quod fuit ⁊ qđ erit. ¶ Prima pars patet: quoniam etiam tu es ⁊ omne ens quod ẽ quod fuit ⁊ qđ erit est: ⁊ tu non es omne ens quod ẽ quod fuit ⁊ quod erit: ergo ⁊ cetera. Secunda ps etiam patet: q̄z suum contradictorium est falsum cum vna eius exponens sit falsa scilicet tu non es aliquid qđ est quod fuit et quod erit. ¶ Tertia ↄclusio: Ego differo a te ⁊ a me ⁊ tamen non differo a me. pma pars patet per exponentes. Nam ego suʒ: ⁊ tu ⁊ ego sumus ⁊ ego non sum tu ⁊ ego: ergo. Secũda vo pars patet de se ⁊ ita posset pbari q̄ tu differs ab homine ⁊ ab asino: ⁊ tñ tu nõ differs ab homine ¶ Quarta conclusio: tu differs ab asino: tamen tu non differs ab homine vel ab asino. Prima pars patet per exponentes: ⁊ secunda similiter: quia detur oppositũ: tu differs ab homine vel ab asino: hec est falsa: quia tertia eius exponens est falsa scilicet tu nõ es homo vel asinus: quia eius cõtradictorium est verum: videlicet tu es homo vel asinus. Quecũq̄z dicta sunt đ hoc vbo differt q̄ ad exponẽtes ⁊ ↄclusiões possũt applicari illis terminis aliud ⁊ nõ idẽ: q̄re ⁊c̃

Exclusiuarum quedaʒ sunt primi ordinis quedam secundi: ⁊ quedam tertij. ¶ Exclusiua primi ordinis ẽ illa cuius dictio exclusiua tantum: solum: vel solummodo. aut precise precedit subiectum vt tantuʒ homo currit: sic exponitur homo currit: ⁊ nihil nõ homo currit: ergo ⁊ cetera: ita q̄ semper prima exponens est preiacens exclusiue: secunda vero vniuersalis ẽ negatiua de subiecto exclusiue infinitato. Et consimilis expositio est de pterito ⁊ futuro: vt tantũ sortes fuit: sortes fuit ⁊ nihil nõ sortes fuit. Item tantũ antichristus disputabit: sic exponitur antichristus disputabit: ⁊ nihil non antichristus disputabit. ¶ Notandum q̄ exclusiua primi ordinis conuertitur cum vna vniuersali de terminis transpositis: ita q̄ si vna est vera ⁊ reliqua similiter: ⁊ ecõuerso. vnde si hec esset vera tantum homo est animal hec esset vera omne animal est homo: sʒ quia exclusiua ẽ falsa ¶ Exclusiua secũdi ordinis est illa ĩ qua dictio exclusiua mediat inter subiectum ⁊ predicatum siue preponatur siue postponatur copule vt sortes tantum est homo aut sortes est tantum homo: ⁊ exponitur quelibet istarum sic: sortes est homo: ⁊ sortes non est nonhomo: ⁊ ita de preterito ⁊ futuro dicatur. ¶ Exclusiua tertij ordinis est illa cuius dictio exclusiua poni

tur inter partes predicati: vt a: propositio significat precise sicut ē: que sic exponitur a ꝓpositio significat sicut est: ⁊ a propositio non significat non sicut est: ita ꝙ semp negatio infinita cadat sup eundem terminū sup quē in exposita cadit dictio exclusiua: vt patet in cuiuscunqꝫ ordinis exclusiuis. ¶ Notandum ꝙ si dictionem exclusiuam alicuius ordinis precedat alter termin⁹ ꝓbabilis: non debet ista ꝓpositio ꝓbari rōne dictionis exclusiue: sed ſm exigentiam termini ꝑcedentis. Exemplum omnium ordinum: vt necessario tātum homo est homo: omnis homo tantum est animal. Aliqua ꝓpositio significat precise sicut est. Prima ē exponibilis ratione istius termini necessario. Secunda ratione istius signi omnis. Tertia vō est resolubilis: quia particularis affirmatiua. Opposita enim harum exclusiuarum assignantur ꝑ negationem prepositam toti exclusiue: ⁊ huius tm̄ homo currit: contradictoriū esset hoc: non tm̄ homo currit: ⁊ habet duas causas veritatis oppositas exponentibus exclusiue affirmatiue: vt nihil quod ē homo currit: vel aliqd non homo currit: ⁊ si vna harum causarū est vera exclusiue negatiua est vera: ⁊ si ambe sunt false ipsa est falsa: sicut exclusiua affirmatiua est vera: si ambe exponētes sunt vere: ⁊ falsa si vna est falsa. Exclusiua negatiua in qua negatio sequitur notam exclusionis etiā exponibilis est: vt tm̄ homo nō currit sic exponitur: homo non currit: ⁊ qđ libet nō homo currit: ⁊ ita exponitur quelibet talis ꝑmi ordinis. Item secundi ordinis vt tm̄ non es asinus sic exponit: tu non es asinus: ⁊ tu es quolibet non asinus. Exclusiua vō negatiua tertij ordinis exponibilis non datur quia talis negatio semper sequitur verbum ꝑncipale: sicut ⁊ dictio exclusiua: vt a: prepositio significat precise sicut non est. Opposita harum exclusiuarū negatiuarum dantur similiter per negationem precedentem totam prepositionem: ⁊ huius tantum homo non currit: contradictorium est illud non tm̄ homo non currit: quod habet duas causas veritatis oppositas exponentibus exclusiue negatiue assignādas per disiunctiuam: videlicet omnis homo currit: vel aliquid non homo currit quarum si vna est vera exclusiua ita ē vera sicut peius đ opposito exclusiue affirmatiue. ¶ Ex predictis infero aliquas cōclusiones: Quarum ꝑma est ista: tm̄ homo est homo: ⁊ tamen non tm̄ homo est animal. Prima pars patet per exponētes ⁊ vniuersalem de terminis transpositis. Secunda pars patet similiter: quoniam vna suarum causarum est vera scilicet aliquid non homo est animal. Nam hoc est animal: demōstrando asinum. Et hoc est aliquid non homo: ergo ⁊c̄. ¶ Secunda conclusio tu tm̄ es animal ⁊ non tm̄ tu es animal. Prima pars patet. nam tu es animal ⁊ tu non es animal: ergo ⁊c̄. Secunda pars conclusionis patet etiam similiter: quia vna causaꝝ est vera scilicet aliquid non tu es animal. ¶ Tertia ꝯclusio: a ꝓpositio est precise significans sicut est: ⁊ tn̄ a ꝓpositio non est significans precise sicut est. ꝓbat: ⁊ pono ꝙ a sit ista homo est asinus: isto posito: patet ꝑma pars: qm̄ est significans sicut est: ⁊ a nō est non significans sicut est: ꝓbat q: det opposituū: a est nō significans sicut est: ergo a non est significās sicut ē: ꝯn̄s est falsū: imo a est significans sicut est: q: ē significās hominē esse. Scđa pars etiā pꝫ q: sui ꝯtradictorij vna exponēs ē falsa: vꝫ a ꝓpositio nō est significans nō sicut ē: ex quo significat hoiem esse asinū. ¶ Quarta ꝯclusio a ꝓpō precise significat falsum ⁊ impossibile: ⁊ tm̄ a ꝓpō precise significat veꝝ est necessariuꝫ prima pars patet per exponentes. Nam a significat falsum ⁊ impossibile: ⁊ a nō ē nō significans falsum ⁊ impossibile: ꝓbat: qa detur oppositū: a est nō significans falsum impossibile: ergo a nō est significans falsuꝫ ⁊ impossibile: qđ nō est veꝝ: imo significat falsum ⁊ impossibile: quia significat hoieꝫ esse asinum quare ⁊c̄. Secunda pars etiaꝫ eodem modo probatur: nam est significās verum ⁊ necessarium: quia significat hominem esse ⁊ a non est non significans verum ⁊ necessarium. probatur quia detur oppositum a est non significans verum ⁊ necessarium: ergo a non est significans verum

⁊ necessarium consequens falsum: imo a si
gnificat verum ⁊ necessarium: quia signifi
cat hominē esse qd̄ est verum ⁊ necessariū:
⁊ patet consequētia cū prioribus similibus
per istam regulam: ab affirmatiua de predi
cato infinito ad negatiuam de predicato fi
nito est bona ꝯñtia quare ⁊c̄.

D Ictiones exceptiue sunt iste: preter
preterq̄ȝ: ⁊ nisi: ⁊ differunt eo quia
preter ⁊ preterq̄ȝ indifferenter exci-
piunt tam in vniuersali affirmatiua q̄ȝ ne-
gatiua: sed nisi non excipit nisi in vniuersa
li negatiua: vnde ita congrue dicitur nul-
lus homo preter sor. currit: sic oīs hō ꝑter
sor. currit: non tamen congrue dicitur oīs
homo nisi sor. currit: vbi congrue diceret
nullus homo nisi sor. currit. ¶ Exceptiua
affirmatiua exponitur per duas exponen-
tes: in quaꝝ ꝑma negatur predicatū a pte
extra capta: in scd̄a v̄o affirmatur predica
tum vniuersaliter de subiecto cum parte
extra capta īfinitata: vt oīs homo ꝑter sor.
currit sic exponit̄: sor. non currit: ⁊ oīs hō
non sor. currit: ergo ⁊c̄. ¶ Exceptiua v̄o ne
gatiua similiter exponit̄ per duas exponē-
tes: in quaꝝ prima affirmatur predicatum
de parte extracapta. in scd̄a v̄o negat̄ vni-
uersaliter a subiecto cum parte extraca-
pta infinitata: vt nullus hō preter sor. cur-
rit: sic exponitur: sor. currit: ⁊ nullus homo
non sor. currit: ergo ⁊c̄. ¶ Notādum ꝙ ali
qua est exceptiua propria aliqua impropria
Ad exceptiuam propriam duo requiruntur
principaliter. primū ꝙ id a quo fit exceptio
stet ꝯfuse distributiue: ex quo sequit̄ ꝙ ista
est impropria aliqs homo preter sor. currit
secundo requiritur ꝙ pars extracapta sit
terminus inferior ad illud a quo fit excep-
tio: ex quo sequitur ꝙ hec ē impropria: oīs
homo preter hominem currit: sed hec ē ꝓ-
pria omnis homo preter sor. currit: q̄r bene
habet istas duas conditiōes vt pȝ. ¶ Pre
terea est notandum ꝙ quelibet exceptiua
negatiua conuertitur cum exclusiua affir-
matiua: cuius subiectū est pars extracapta
⁊ predicatum est terminus compositus ex
ꝑdicato ⁊ subiecto exceptiue sic precise sup
ponente: vnde bene sequitur: nihil preter
sor. currit: ergo tm̄ sor. currit: ⁊ econuerso
¶ Et notanter dicit̄ predicatum est termi
nus cōpositus ex predicato ⁊ subiecto ex-
ceptiue: q̄m nō sequit̄: nullū animal preter
hominem: intelligit ergo tm̄ hō intelligit.
añs enim est veꝝ: ⁊ ꝯñs falsum: sed bene se-
quit̄: ergo tm̄ homo est aīal intelligens. Di
cebat̄ etiam sic precise supponente: q̄r nō se
quit̄: nullus homo ꝑter sor. currit: ergo tm̄
sor. est homo currens: sed solū sequit̄: ergo
tm̄ sor. est aliquis: homo currēs. Dato enim
ꝙ de specie humana nō curreret aliqs ma
sculus nisi solus sor. sed cū hoc multe mu-
lieres currerent tunc hec esset vera: nullus
homo preter sor. currit: ⁊ hec similiter: tm̄
sor. est aliqs homo currens: sed hec eēt fal-
sa tm̄ sor. est homo currens. ¶ Ex his infe
ro aliquas cōclusiones: quaꝝ ꝑma est ista:
hec ꝯsequentia non valet. Omnis hō ꝑter
sor. currit: ergo omnis homo preter hoīem
currit: quia antecedens est vna exceptiua
propria: ⁊ ꝯñs nō. ¶ Scd̄a cōclusio: omne
animal preter antichristum est aīal: ⁊ tamē
non omne animal preter hominem est aīal
prima pars patet per exponentes: quoniā
antichristus non est animal: ⁊ oīe animal
non antichristus est animal: ergo ⁊c̄. Scd̄a
pars etiam probatur: q̄r si non detur oppo
situm: omne animal preter hoīem est aīal:
⁊ patet ꝙ prima exponens est falsa: videlȝ
homo non est animal: ⁊ per cōsequens ex-
ceptiua cuius est exponens est falsa. Ex q̄
conclusione sequitur ꝙ non oīs exceptiua
propria repugnat sue preiacenti: cuius op-
positum cōmuniter dicit̄: ⁊ hoc patet: q̄m
quilibet istarum est vera: omne animal est
animal: ⁊ omne animal preter antichristum
est animal. ¶ Tertia conclusio: tu non dif-
fers nisi ab asino: ⁊ tamē tu differs a capra
Secunda pars est manifesta: ⁊ prima pro-
batur: tu differs ab asino: ⁊ non differs ab
alio q̄ȝ ab asino: qd̄ sic ꝓbat̄: q̄m det̄ oppo
situ̅ tu differs ab alio q̄ȝ ab asino ergo tu nō
es aliud q̄ȝ asinus: patet consequētia ab ex
posita ad vnam suarum exponentium.
¶ Quarta conclusio: tu vides omnes ho-
mines qui sunt in ista domo preter sortem:
⁊ tm̄ non vides aliquem hominem: nec ali-

quos homines: probatur: ⁊ pono secundã partem ꝯclusionis cuꝫ hoc ꝙ in domo istã sint decem homines: nouẽ mulieres ⁊ vnꝰ masculus quẽ nõ videas: sed bene omnes mulieres: isto posito patet secũda pars cõclusiõis: ⁊ ꝑma similiter assignãdo regulã exceptiuarũ: ꝙ omnis ꝓpositio affirmatiua in parte vera ⁊ in parte falsa potest verificari ꝑ exceptionem partis falseꝫ isto ꝑsuppositio: hec est falsa: tu vides omnes homines q̇ sunt ĩ ista domo ꝑcise ꝑ sor. ergo potest verificari ꝑ exceptionẽ sor. sic dicẽdo: Tu vides oẽs homines qui sunt in ista domo ꝑter sor. quare ⁊c̃.

Reduplicatiua exponitur per tres exponentes: in quarũ ꝑma predicatur affirmatiue terminus reduplicatus In secunda predicatur predicatum de eodem subiecto. In tertia v̓o predicatur idẽ predicatuꝫ conditionaliter de termino reduplicato per terminum transcendentem vt sortes inquãtũ homo ẽ animal: sic exponitur: sor. ẽ animal: ⁊ si aliqd ẽ homo illud est animal: ergo ⁊c̃. ⁊ ita cum termino vniuersaliter aut indefinite teneto: vt omnis homo inquantum animal ẽ substantia: sic exponitur: omnis homo ẽ animal ⁊ omnis homo ẽ substantia: ⁊ si aliquid ẽ animal illud est substantia: ergo ⁊c̃. Reduplicatiua negatiua: cuius negatio sequitur notaꝫ reduplicationis est similiter exponibilis: vt sortes inquantum homo non est asinus: exponitur sic: sortes est homo: ⁊ sortes non ẽ asinus: ⁊ si aliquid ẽ homo illud non ẽ asinus: ergo ⁊c̃. ⁊ ita dicatur de quibuscunq̧ alijs. Negatiua v̓o reduplicatiua: cuiꝰ negatio precedit notam reduplicationis nõ est exponenda: sed probanda per suum cõtradictorium: vt sepe dictum est. ¶ Ex ꝑdictis infero aliquas conclusiones: quarũ prima est ista: Aliqua inquantũ cõueniũt differũt: ꝓbatur: aliqua cõueniunt ⁊ aliq̃ differũt. ⁊ si aliqua cõueniũt: illa differũt. ergo ⁊c̃. patet ꝯsequentia ab exponentibꝰ ad expositã: ⁊ tertia pars antecedentis ꝓbatur: quoniam si aliqua conueniunt: illa sunt: ⁊ si illa sunt distincta ergo differunt: ergo a primo ad vltimum si aliqua conueniunt illa differunt. ¶ Secũda conclusio Quilibet homo inquantuꝫ homo ẽ risibilis: ⁊ tamen non quilibet homo inquantũ animal est risibile. Prima pars patet per exponentes: quoniaꝫ quilibet homo ẽ homo: ⁊ quilibet homo est risibilis: ⁊ si aliqd ẽ homo illud ẽ risibile: ergo ⁊c̃. Secunda pars etiam patet: quia si non detur oppositum scilicet ꝙ quilibet homo inquantum animal est risibilis: ⁊ certuꝫ est ꝙ hec ẽ falsa: quia tertia sua exponẽs est falsa: scilicet si aliqd est animal illud est risibile. ¶ Tertia conclusio: sortes inquantum homo est animal: ⁊ tamen sor. nõ inquantum homo est sor. ꝑma pars patet per exponentes ⁊ secunda similiter: quia si nõ detur oppositũ scilicet sor. inquãtum homo est sor. ⁊ patet ꝙ ista est falsa: quia eius tertia exponens est falsa: scilicet si aliquid est homo illud ẽ sor. ¶ Quarta conclusio tu inquãtum homo nõ es asinus: ⁊ tamẽ tu nõ inquantum animal: nõ es asinus: prima pars patet: q2 tu es homo ⁊ tu non es asinus: ⁊ si aliqd ẽ homo illud non est asinus: ergo ⁊c̃. Secũda pars etiam probatur: quia si non detur oppositum tu inquantũ animal non es asinus: ⁊ patet ꝙ tertia eius exponens ẽ falsa: scilicet si aliquid est animal illud non ẽ asinus: ⁊ ita dicat̃ si li: de li quãto ⁊ ꝑ quãto facerẽt ꝓpositionẽ reduplicatiuã.

Immediate duas in se cõtinet exponentes: quarum ꝑma est ꝑiacẽs: ⁊ secunda negatiua sibi corespõdẽs ẜm exigentiã sui verbi: vt imediate ante a tu fuisti: exponit̃ sic: ante a tu fuisti: ⁊ nullum fuit instãs ante a qn inter illud ⁊ a tu fuisti ergo ⁊c̃. Item imediate post b tu eris: sic exponit̃: post b tu eris: ⁊ nullum erit istãs post b: qn inter illud ⁊ b tu eris: ergo ⁊c̃. Modo consimili exponit̃ negatiua cuius negatio sequitur li immediate: vt immediate ante hoc tu non fuisti albus: sic exponitur: ante hoc tu non fuisti albus: et nullum fuit instans ante hoc quin inter illud ⁊ hoc tu non fuisti albus: ergo ⁊c̃. Item imediate post instans ꝑsens tu non curres sic exponit̃: post instans pñs tu nõ curres ⁊ nullum erit instans post instans pñs: qn

inter illud' ⁊ instãs presens: tu non curres ergo ⁊c̃. Opposita hax ppositionũ danť p negationẽ p̃cedentẽ li imediate: ⁊ nõ pba tur talis ppositio: nisi p assignationẽ cõtra dictorioꝝ. ℭ Ex p̃dictis infero aliq̃s conclusiones: quarũ p̃ma est ista: Immediate ante hoc tu fuisti albus: ⁊ immediate añ h̃ tu fuisti niger: pbať: ⁊ pono ꝙ in qualibet pte pari hore preterite fueris albus: ⁊ in q̈ libet ipari fueris niger. p̃mo posito arguiť sic: imediate ante hoc fuit aliqua ps par: g̃ imediate ante hoc tu fuisti albus: ꝯña tenet: ⁊ añs pbať: nã ante hoc fuit aliqua ps par: ⁊ nul lũ fuit instans ante hoc: qn inter illud: ⁊ hoc fuerit aliqua ps par: ergo ⁊c̃. Similiter pbať alia ps ꝯclusionis: nã ĩme diate ante hoc fuit aliqua ps ipar: ergo im mediate ante hoc tu fuisti niger: ꝯña patet ⁊ añs vt p̃us pbať. nã ante hoc fuit aliqua ps ipar: ⁊ nullũ fuit instãs ante hoc: qn in ter illud ⁊ hoc fuerit aliqua ps ipar: g̃ ⁊c̃. Eadem cõclusio põt verificari de futuro. ℭ Secũda ꝯclusio: duo ꝯtradictoria inter se ꝯtradicentia imediate ante hoc fuerunt falsa: ⁊ tamen nõ fuerũt simul vera neq̃ si mul falsa. pbať: ⁊ pono ꝙ a sit ista: tu es al bus: ⁊ b tu nõ es albus: illo posito patet ꝙ a imediate ante hoc fuit verum: nã quandocũq̃ fuit aliqua ps par a fuit verũ: sed imediate ante hoc fuit aliqua ps par: g̃ imediate ante hoc fuit veꝝ: ⁊ imediate ante hoc fuit falsum: q2 quãdocũq̃ fuit aliq̈ ps ipar a fuit falsum: sed imediate ante h̃ fuit aliqua pars ipar: ergo imediate ante hoc a fuit falsum. ℭ Eodẽ modo potest p bari ꝙ b imediate ante hoc fuit veꝝ ⁊ falsum. ꝙ aũt a ⁊ b nõ fuerint simul vera nec simul falsa: hoc patet: q2 in quocũq̃ instan tia fuit veꝝ: a falsum: ⁊ ecõuerso. Ex q̈bus sequitur ꝙ imediate ante hoc fuisti albus ⁊ immediate ante hoc tu non fuisti albus. ℭ Prima pars patet: ⁊ secunda probatur nam quandocũq̃ tu fuisti niger: tu nõ fui sti albus: sed imediate ante hoc tu fuisti ni ger: ergo imediate ante hoc tu nõ fuisti albus: ⁊ ita ꝯcediť ꝙ a ppositio imediate an te hoc fuit vera: ⁊ imediate ante hoc nõ fu it vera: pbata est p̃ma pars: ⁊ secũda pbať Nam quandocũq̃ a ppositio fuit falsa ipa nõ fuit vera: sed imediate ante hoc a ppositio fuit falsa: ergo imediate ante hoc a ppositio non fuit vera. ℭ Tertia conclusio imediate post hoc erit instans: q̃d nõ imediate post hoc erit: pbať: naȝ post hoc erit instãs q̃d nõ imediate post hoc erit: ⁊ nullum erit instans quod non imediate post hoc erit: quia quocũq̃ instanti dato quod erit post hoc: inter illud ⁊ hoc erunt infinita: instantia quoꝝ nullum imediate post h̃ erit. Ex qua cõclusione sequitur ꝙ imediate post hoc erit aliquod: nõ imediate post hoc erit. ℭ Quarta conclusio: post a istãs tu curres: ⁊ nullum erit instans post a: qn ante illud tu curres: ⁊ tamen non imediate post a tu curres: probatur: ⁊ pono ꝙ curres hodie sed non cras: ⁊ pono ꝙ a erit instans mediũ crastine diei post quã dieȝ tu iterum curres aliquando: isto posito patet ꝙ non imediate post a tu curres: ⁊ tñ post a curres vt ponit casus: ⁊ quia ante a curres: quia isto die: ideo nullum erit instans post a: quin ante illud tu curres: quicquid eni curret aute a curret: etiam ante quodlibet instans q̃d erit post a. ℭ Notanduȝ ꝙ li imediate dupliciter sumiť scilicet aduerbialiter ⁊ nominaliter. Primo mõ suȝ hic locutus scilicet aduerbialiter: sed secũ do modo sumiť: vt hic imediate sunt ptes in continuo idest sine medio: ⁊ sic nõ sumi tur in pposito: quare ⁊c̃.

Incipit dupliciter exponitur. Uno modo per positionem de presenti et remotionem de preterito. Alio modo per remotionem d̃ presenti ⁊ positionẽ de futuro. verbi gratia: fortes incipit eẽ al bus. Primo mõ exponitur sic: sortes nunc est albus: ⁊ imediate ante instans presens non fuit albus. Secũdo modo exponitur sic: sortes nunc non est albus: ⁊ immediate post instãs presens erit albus: ergo ⁊c̃. Desinit vero exponitur modo opposito etiam dupliciter. Primo modo per remotioneȝ de presenti: ⁊ positionẽ de preterito: vt sortes nunc non est albus: ⁊ immediate ante instans presens sor. fuit albus: ergo sor. de

finit esse albus. Secūdo modo ꝑ positionē de p̄nti: ⁊ remotionē de futuro: vt sor. nunc est albus: ⁊ non imediate post instans p̄ns erit albus: ergo sor. desinit esse albꝰ. Ex p̄dictis infero aliquas cōclusiones: Quarū prima est ista: Tu incipis esse albus: ⁊ tñ tu nō incipis eē coloratus. Probat̄: ⁊ pono ꝙ nunc tu sis albus: ⁊ ꝯtinue ante hoc fueris niger: isto posito: tu nūc es albus: ⁊ nō imediate ante instans p̄ns tu fuisti albus: ḡ tu incipis esse albus: ⁊ tñ tu nō incipis esse coloratus: q̄ nūc es coloratꝰ: ⁊ imediate ante instans presens fuisti coloratus: ⁊ imediate post instās presens eris coloratus: ergo non incipis esse coloratus. ¶ Secunda cōclusio: Deus incipit esse in hoc instāti: ⁊ tñ non incipit esse in aliquo instanti. Prima pars ꝓbat̄. nam deus est in hoc instanti: et non deus est in hoc instanti: ⁊ non imediate ante instans presens fuit in hoc instanti: ergo deꝰ incipit esse in hoc instanti. Secunda pars etiam patet: nā deus est in aliquo instanti: ⁊ imediate ante instās presens fuit in aliquo instanti: ⁊ imediate post instās p̄ns erit in aliquo instanti: ergo ⁊c̄. ¶ Tertia conclusio Incipit esse omne quod est: ⁊ tamen non incipit esse aliquid qꝺ est. Prima pars ꝓbat̄: qm̄ nunc est omne qꝺ est: ⁊ non imediate ante instans presens fuit oē quod est: quia instans presens: ergo ⁊c̄. Secuada pars ꝓbat̄. nā nunc est aliquid qꝺ ē: ⁊ imediate ante iostans presens fuit aliqd qꝺ est: ⁊ imediate post instans p̄ns erit aliquid quod est: ergo. ¶ Quarta conclusio Tu incipis videre quemlibꝫ hominē: ⁊ tñ non incipis videre aliquem hominē: imo nullum hominē incipis videre. Probatur. et pono ꝙ continue ante hoc non fuerint nisi decem homines: quorum nouem videris videas ⁊ videbis: sed decimū nō videris: qui iam nō desinat esse per remotionē de p̄nti: isto posito: tu incipis videre quēlibet hominē: q̄ tu nunc vides quēlibet hominem: ⁊ non imediate ante instans presens vidisti quemlibet hominē: quia non istum decimū: ergo. ¶ Et tamen tu nō incipis videre aliquem hominem: quia tu nūc vides aliquem hominem: ⁊ ⁊ imediate ante instans presens vidisti aliquem hominem: ergo ⁊ cetera. Etiam nulluꝫ hominem incipis videre: quia quocunqꝫ dato quē iam vides: istum immediate ante hoc vidisti: ⁊ immediate post hoc videbis: vt ponit casus: ergo ⁊ cetera. Ex illa propositione sequitur ꝙ tu incipis scire decē propositiones: ⁊ tamen nō incipis scire aliquā propositionem: dato ꝙ nunc scias decē propositiōes: immediate ante hoc nō sciebas nisi nouem. Consimiles conclusiones conceduntur in materia de hoc verbo desinit vt ꝙ tu desinis currere: ⁊ tamen non desinis moueri: dato ꝙ nunc mouearis ⁊ non curras: sed immediate ante instās presens currebas. ¶ Secūda conclusio: Deus desinit esse in instanti p̄senti: ⁊ tamen non nō desinit esse in aliquo instanti. ¶ Tertia cōclusio: Desinit esse omne quod est: ⁊ tamē non desinit esse aliquid quod est. ¶ Quarta conclusio Tu desinis videre quemlibet hominem: ⁊ tamen non desinis videre aliquem hominem: : immo nullum hominē desinis videre: dato ꝙ continue ante hoc videbas omnes homines quos iam vides et generetur nunc primo vnus de nouo: quem non videas. Et ita conceditur: ꝙ tu desinis scire decem propositiones: ⁊ tñ nō desinis scire aliquam propositionē: dato ꝙ nuuc scias decem: ⁊ cōtinue post h̄ solūmō nouem: quare ⁊c̄.

Totus cōuertibiliter idem est quod quelibet pars quando sincathegorematice tenetur: vt totꝰ sor. est minor sorte. ⁊ tunc sic exponitur: Aliqua pars sor. est minor sor. ⁊ nulla est pars sor. quin illa sit minor sorte: ergo ⁊c̄. Sed quādo cathegorematice tenetur: tunc totum idem est quod ens perfectum ex omnibus suis partibus: vt sortes est totus homo: id est sortes est perfectus homo ex omnibus suis partibus. Et cōmuniter quando precedit totā propositionē sincathegorematice tenetur. quando vō mediat inter partes subiecti: aut ponitur a parte p̄dicati cathegorematice tenetur: vt totus sortes est aliquid hominis: li totus tenetur sincathegorematice. Sed dicendo ens totum animal mouet̄

aut tu es totus homo:li totū tenet̄ cathe-
gorematice. Ex quibus infero aliquas cō-
clusiones. Quarū prima est ista: Tot⁹ sor. ē
aliqd sor. ⁊ tñ non totus sor. est minor sor.
Prima pars ꝓbat̄: quia quelibet pars sor.
est minor sor. sicut corpus totale sor. aut aīa
eius que non est quanta. ¶ Secunda con
clusio: Totus sor. est pars sor. ⁊ tñ non tot⁹
homo est pars sor. Prima pars patet: quia
quelibet pars sor. est pars sor. Secunda ꝑs
etiam patet: qm̄ non quelibet pars hoīs ē
pars sor. nā aliqua ē pars platonis: que nō
est pars sor. ¶ Tertia conclusio: In oculo
tuo est totū quod est in mundo: ⁊ tñ nō to-
tum qđ est in mundo est in oculo tuo. Pri
ma pars ꝓbat̄. nā in oculo tuo est ens per-
fectum ex suis partibus: quia pupilla ocu-
li tui. ¶ Secunda pars etiam patet: quia
non quelibet pars mundi est in oculo tuo
¶ Quarta ꝯclusio correlarie ex priori: In
bursa tua est tota pecunia mundi: ⁊ in ani-
ma tua est tota scientia possibilis. Prima
pars ꝓbat̄: qm̄ in bursa tua est ens ꝑfectū
ex suis partibus: quod est pecunia mundi:
dato ꝙ habeas vnū denariū in bursa tua.
Secūda pars etiam patet ex priori: eo ꝙ i
aīa tua est ens ꝑfectū ex suis partib⁹: qđ ē
sciētia possibil̄. Ex quib⁹ sequit̄: ꝙ hec pro-
positio est falsa: que tamen cōmuniter con
ceditur. s. anima intellectiua est tota in to-
to: ⁊ tota in qualibet parte. nā si est tota: ḡ
est ens habens partes: consequēs falsum:
quare ⁊c̄.

Semper cōuertit̄ cum li oī tpe ꝭm exi
gentiam verbi cui additur: ita ꝙ idē
est dicere Semper fuit homo: ⁊ oī tē
pore preterito semper fuit homo. Et expo-
nitur sic: Aliquando fuit homo: ⁊ non fuit
aliquando quin tunc fuerit homo: ergo.
Item de futuro: Semper erit aliquid: ali-
quando erit aliquid: ⁊ non erit aliquando
quin tunc erit aliquid: ergo. Ex predictis
infero aliquas conclusiones. Quarum pri
ma est ista Semper fuit aliquid quod non
semper fuit. Probatur: Aliquando fuit ali
quid quod semper fuit: ⁊ non fuit aliquā-
do quin tūc fuerat aliquid quod nō semꝑ
fuit: ergo. ¶ Secunda conclusio: Semper
erit aliquis hō: qui non semper erit. Pro-
batur: quia aliquando erit aliquis homo
qui non semper erit: ⁊ non erit aliqñ quin
tunc erit aliquis homo qui semper erit: er
go. ¶ Tertia cōclusio: Semꝑ est hꝫ instās
ꝑsens. Probat̄: Aliqñ est hoc instans pñs:
⁊ nō est aliqñ quin tūc sit hoc instans pñs:
ergo. Patet etiā ex sua ꝯuertibili. s. oī tpe
presenti est hoc instans presens. Ex eadem
conclusione sequitur correlarie: ꝙ quicqd
viuit semper est: ⁊ quicqd currit vl̄ moue
tur semper se habet eodem modo: licꝫ non
semper se habuerit: aut semper se habebit
eodem modo. ¶ Notandum ꝙ non absqꝫ
causa dicitur semper cōuerti cum li omni
tempore: sed ꝭm exigētiam sui verbi: quia
si absolute conuerteretur cum li omni tem
pore hec esset falsa: Semper deus fuit: aut
mundus semper erit: quia non omni tem-
pore deus fuit. Probatur: nam omni tem-
pore deus fuit presens ē tempus ergo tem
pore presenti deus fuit: ⁊ patet ꝯsequētia:
quia in tertio prime: ex quo li tempore am
pliatur ad supponēdū pro eo ꝙ est vel fuit:
⁊ consequens est falsum: quia tempus pre-
sens nunqꝫ fuit. Eodem modo ostenditur
falsitas huius: Mūdus semper erit: quia
non erit in tempore presenti: veritamē eli-
gat respondens responsionē sibi magis cō
formē: quia harum quelibet sustentabilis
est. Ex isto secūdo modo loquēdi sequitur
ꝙ aliqñ deus non fuit: ⁊ aliqñ celū nō erit
q: tūc de⁹ nō fuit: demōstrādo instans pñs
⁊ tunc est vel fuit aliqñ: ḡ ⁊c̄. Cōsilr̄ celum
erit: quia tūc nō erit demonstrādo instans
pñs: ⁊ tūc ē vel erit aliqñ: ergo ⁊c̄.

AB eterno dupliciter sumitur. Uno
modo nominaliter cum determina-
tione prepositionis a vel ab: ⁊ tunc
resoluitur vt ab eterno fuit a: ab hoc fuit a
⁊ hoc est vel fuit eternū: ergo ab eterno fu
it a: ita ꝙ ab eterno nomīaliter sumēdo cō
uertitur cum li ab aliquo eterno. Aliter
sumitur ab eterno scilicet aduerbialiter: ⁊
ꝯuertitur cū li eternaliter: ⁊ significat idē
quod ante omne tempus finituꝫ: aut ante
omne instans: vel post omne tps finitū: vl̄
post omne instans. Et exponitur sic: vt ab

eterno fuit deus: ante aliquod tempus fi-
nitũ fuit deus: ⁊ nullũ fuit tempus finitũ:
quin ante illud fuerit de⁹: ergo ⁊c̃. ¶ Si
militer de futuro: vt ab eterno vel eterna-
liter erit aliqd. ⁊ sic exponit̃ Post aliqḋ tē
pus finitũ erit aliqd: nō est vel erit tēpus
finitũ qn post illud erit aliqd: ergo. Vel sic
Post aliqḋ instans erit aliqd: ⁊ nō est vel
erit aliqḋ instans qn post illud erit aliqd:
ergo. Et notanter dico finitũ: q: aliqḋ tp̃s
ante quod deus nō fuit. s. fuit tp̃s infinitũ
a parte ante. Silr̃ aliquod erit tp̃s post qḋ
nihil erit: videlicet tp̃s infinitũ a p̃te post.
¶ Ex predictis infero aliquas cōclusio-
nes. Quarum prima est ista: Ab eterno tu
fuisti: ⁊ tñ non eternaliter fuisti. Secunda
pars est de se manifesta qm̃ ante tp̃s mille
annoꝝ tu non fuisti. sed prima pars ꝓbat̃.
nã ab isto Tu fuisti: demonstrãdo deũ: ⁊ h̃
est vel fuit eternũ: ergo patet ꝯsequētia: te
nēdo li ab eterno noĩaliter. ¶ Secũda cō
clusio: Ab eterno tu eris: ⁊ tñ nō ab eterno
tu eris. Patet illa conclusio sumendo li ab
eterno ĩ prima parte nominaliter: ⁊ in secũ
da aduerbialiter: nec sunt ꝯtradictoria ex
quo illi termini non vniformiter sumunt̃.
¶ Tertia cōclusio: Ab eterno siue eterna
liter fuit aliqd qḋ nō ab eterno siue eterna
liter fuit. Probat̃. nã ante aliqḋ tempus fi
nitũ fuit aliquid quod non ab eterno siue
eternaliter fuit: ⁊ nō est vel fuit tp̃s finitũ:
quin ante illud fuerit aliquid quod nō ab
eterno siue eternalit̃ fuit: ergo. ¶ Quar-
ta cōclusio: Eternaliter siue ab eterno erit
aliquis homo: qui nō erit eternaliter siue
ab eterno. Probat̃. nã post aliqḋ temp⁹ fi-
nitum erit aliquis homo: qui non erit eter
naliter siue ab eterno: ⁊ non est vel erit tē-
pus finitũ: quin post illud erit aliquis hō:
qui non eternaliter siue ab eterno erit: g̃.
Quecũqꝫ dicta sunt de li ab eterno ⁊ eter-
naliter possũt dici de istis terminis perpe-
tuo ⁊ in eternũ: q: possunt dupliciter sumi
s. nominaliter ⁊ aduerbialiter: sicut in prio
ribus exemplificatũ est: quare ⁊c̃.

Infinitũ dupliciter sumit̃. s. cathego-
rematice ⁊ sincathegorematice. Ca-
thegorematice. n. idē ē qḋ sine fine ⁊
sine principio: vt a ē infinitũ. i. a ē sine prin
cipio ⁊ sine fine. ⁊ sic cōmuniter sumit̃ qñ
ponitur a parte predicati: vt exemplifica-
tum ē: aut quando limitat̃ in subiecto: vt
dicendo aliquod infinitum ē. huiusmodi
autē limitatio fit quãdo adiectiue vel sub
stantiue tenetur. Sic autē sumendo infini
tũ solet dici qḋ nihil ē infinitũ: nec aliqua
sunt ĩfinita: q: nihil ē sine fine nec aliq̃ sũt
sine fine. Sumēdo aũt ĩfinitũ sincathego-
rematice exponit̃ ꝑ duas exponentes ẜm
exigentiã termini cui addit̃ aut ẜm ꝓpriã
naturã sigularis vel plurnlis numeri: vt
infinitũ corpus ē: sic exponitur: Aliquan-
tum corpus ē: ⁊ non ē corpus finitum qn
isto maius sit: ergo ¶ Infinitum corpus
fuit sic exponitur. Aliquantũ corpus fuit
⁊ non ē vel fuit corpus finitum quin isto
maius fuerit ergo ⁊ cetera. In plurali aũt
numero non exponitur ꝑ li maius: sed per
li plura: vt infinita corpora sunt: sic exponi
tur. ¶ Aliqua corpora sunt: ⁊ nō sunt cor-
pora finita: qn plura illis sint: ergo. ¶ Itē
de preterito infiniti homines fuerũt sic ex
ponit̃ Aliquot homines fuerũt ⁊ nō sũt
vel fuerunt homines finiti quin plures il
lis fuerint: g̃. Et silr̃ de futuro: vt infinita
instãtia erũt: sic exponitur: Aliq̃t instantia
erũt: ⁊ nō sũt vl̃ erũt ĩstãtia finita: qn illis
plura erũt: g̃. Est tñ alter modus exponen-
di: q cōiter sustinetur: sapiēs quodãmodo
naturaꝫ singulariũ: vt infinitũ corpus est:
sic exponit̃: Aliquantũ corpus est ⁊ duplũ
ad illud ⁊ triplũ ad illud: ⁊ sic ĩ infinitũ: er
go. Itē in plurali numero: vt infinita sunt
sic exponit̃: duo sunt ⁊ tria sunt: ⁊ sic in in-
finitum: ergo. ¶ Quilibet istoꝝ modorũ
bonus est ad presens: verũtamen prius est
formalior: licꝫ forte secundus sit intelligibi
lior. ¶ Ex predictis infero aliquas conclu
siones. Quarũ prima est ista Infinitũ cor-
pus deus potest producere: non tamen po
test producere corp⁹ infinitũ. Prima pars
ꝓbat̃. nã aliquantũ corp⁹ deus potest ꝓdu
cere: ⁊ nō est vl̃ potest eē corp⁹ finitũ: quin
maius isto deus possit ꝓducere: g̃. Vel ali-
ter: Aliquantũ corpus deus potest ꝓduce-
re: ⁊ duplũ ad illud: ⁊ triplũ ad illud: ⁊ sic

in infinitū:ergo. ¶ Secūda vo pars pʒ de
se:qm̄ deus nō potest ꝑducere corpꝰ sine fi
ne.qđ eni aliquod est corpus:ipsum est fi-
guratum:ergo termino vel terminis clau
sum:⁊ p ꝯsequēs finitū:ergo ⁊c̄. ¶ Secun
da cōclusio: Infinitū tempus est elapsum:
⁊ tm̄ nullū tempus elapsum fuit infinitum
Prima pars probat᷑: qm̄ aliquod tempus
est elapsum:⁊ duplum ad illud:⁊ triplū ad
illud:⁊ sic in infinitū:ergo. Secunda pars
etiam probatur ex hoc:quia nullū tempus
elapsum fuit sine fine.quodlibet nāqʒ ter-
minabatur ad aliquod instās. ¶ Sed hic
dubitatur Nam in altero capitulo dictum
est:ꝙ aliquod fuit tempus infinitū a par-
te ante:ergo aliquod tempus elapsum fuit
infinituʒ. Dicitur ꝙ ibi locutus sum de in-
finito sm̄ quid:quod non habet principiū
sed finem:sicut tempus infinitum preteri-
tum : nunc autē loquor de infinito simpli-
citer:quod non habet principium neqʒ fi-
nem. ¶ Tertia cōclusio: Infinitus nume
rus est finitus:⁊ tamen nullus numerus fi
nitus est infinitꝰ. Prima pars patet:quo-
niam aliquantus numerus est numerus fi
nitus:⁊ non est numerus finitus quin ma-
ior illo sit numerꝰ finitus: ergo ⁊c̄. ¶ Se-
cunda pars patet:quoniam nullus nume-
rus finitus est sine fine:ergo ⁊c̄. ¶ Quar
ta conclusio: Infinita sunt finita:tamē nul
la finita sunt infinita. Prima pars proba-
tur:quia duo sunt finita:⁊ tria sunt finita:
⁊ sic in infinitum:ergo. Secunda pars pa-
tet de se:quia nulla finita sunt entia sine fi
ne. ¶ Quinta conclusio: Infinitis finita
sunt plura:⁊ tamen nulla finita sunt plura
infinitis. Prima pars patet:quoniaʒ duo-
bus finita sunt plura : ⁊ tribus finita sunt
plura:⁊ sic in infinitum. Secunda pars pa
tet de se:quia oppositum includit in se ma
nifeste contradictionē. ¶ Sexta conclusio
Infiniti erunt dies : ⁊ infiniti erunt anni:
dato sm̄ Aristo.ꝙ mundus sit perpetuus
⁊ eternus. Ista ꝯclusio patet:qualitercūqʒ
exponant᷑ partes. Ex qua cōclusione sequi
tur:ꝙ non plures fuerūt dies q̈ʒ anni:nec
erunt:quia infiniti vtrobiqʒ.

¶ De obligationibꝰ tractatus incipit.



Obligatio ē or̄o cōposita ex si
gnis obligatōis ⁊ obligato vt
pono tibi istā tu es rome:tota
hec or̄o vocat᷑ obligatio. Sig
āt obligatōis sunt iste dcōes:pono tibi istā
Obligatum vo est ista oratio : tu es rome.
¶ Due igitur sunt species obligationis:
videlicet positio ⁊ depositio in quarum ꝓ-
ma est primitus instandum : quasdam ge-
nerales regulas preponendo:quarum pri
ma est ista. ¶ Omne possibile tibi posituʒ
est a te admittendum.verbi gratia Si po-
no tibi istam tu es:admittenda est etiam si
ponatur suum contradictorium,tu non es:
⁊ ita de ceteris possibilibus ꝓpositiōibus.
¶ Secunda regula Omne tibi positum:⁊
a te admissum infra tempus obligatiōis
propositum est a te concedendum. verbi
gratia: Pono tibi istaʒ tu es rome.qua ad
missa:quia possibilis quotienscūqʒ propo-
nitur durante tempore obligationis ē cō-
cedenda. ¶ Et notanter dicitur durante
tempore obligatiōis:quia ip̄o cessante nō
amplius obligatur respondens ipsum cō-
cedere. Et durat tempus obligationis ab
instanti admissionis : quousqʒ dicat᷑ cedat
tempus obligationis : vel quousqʒ oppo-
nens transferat se ad aliā materiā. ¶ Ter
tia regula : Omne sequens ex posito ⁊ ad-
misso:p se aut ex posito cuʒ ꝯcesso vel cum
concessis infra tempus obligationis pro-
positum est concedendum. Exemplum pri
mi: Pono tibi istam Tu es rome: qua ad-
missa propono Tu non es parisius conce-
denda:quia sequens ex posito per se: nam
bene sequitur:tu es rome:ergo tu non es
parisius. Exemplum secūdi pono tibi istā:
Omnis homo est rome : qua admissa pro-
pono Tu es homo cōcedenda est: quia ve
ra ⁊ impertinens.deinde tu es rome iterū
est concedenda:quia sequens exposito cū
concesso:sequitur enim Omnis homo est
rome:tu es homo:ergo tu es rome. Exem
plum tertij pono tibi istam: Omnis homo
disputans est parisius:qua posita ⁊ admis-
sa propono tibi Tu es homo disputans:cō
cedēda est:quia quelibet illarū est vera et
impertinens. Deinde tu es parisius opor-

tet concedere:quia sequitur ex posito cum
duobus concessis.Sequitur enim:omnis
homo disputās ē parisius:tu es homo ⁊ tu
es disputās:ergo tu es parisius. ¶Quar
ta regula ē ista:Omne repugnās posito cū
concesso:vel cum cōcessis collectiue vel di
uisiue ē negandum: patet quia duo cōtra-
dictoria nō sunt ꝯcedenda ab eodem in eo
dem tempore:sed cuiuslibꝫ talis repugnā-
tis ē oppositum ꝯcedendū:quia sequēs vt
dicit tertia regula:ergo quodlibet tale re-
pugnās ē negādū.verbi grā:Posita ⁊ ad-
missa ista:Omnis homo currit: ⁊ concessa
ista:tu es homo:debet ista negari :tu non
curris:ex quo suum ꝯtradictoriū sequitur
⁊ ē ꝯcedendūꝫ scilicet tu curris. ¶Quin
ta regula ē ista : Omne sequēs ex posito cū
opposito bene negat:vel cūꝫ oppositis be-
ne negatorū:infra tempus obligationis ꝓ-
positū ē ꝯcedendū.Exemplū ṗmi pono ti-
bi istaꝫ:Omnis homo currit: qua admissa
ꝓpono:tu curris:negāda ē: quia ista ⁊ nō
sequens. Deinde tu nō es homo ꝯceden-
da ē: quia sequens ex posito cum opposito
bene negati:vt omnis homo currit: tu nō
curris:ergo tu nō es homo.Exemplum se
cūdi:pono tibi istam: Antichristus ē colo-
ratus:qua admissa ꝓpono tibi istam.Anti
christus ē albus:,vel antichristus est niger
neganda ē quelibet illarum:quia falsa nō
sequens.Deinde ꝓpono:Antichristus est
medio colore coloratus:ꝯcedenda ē:quia
sequit̄ ex posito ⁊ oppositis bene negato-
rum:vt antichristus ē coloratus:⁊ nō albꝰ
nec niger : ergo ē medio colore coloratus.
¶Sexta regula ē ista: Omne repugnans
posito ⁊ opposito bene negati vł oppositis
bene negatorūꝫ infra tempus obligatiōis
ꝓpositum ē negandum:vt si in ṗmo exem
plo ꝓponatur tertio loco:tu es homo negā
da ē:quia suum ꝯtradictoriū sequitur. Si
militer si in secūdo exemplo ꝓponatur ter
tio loco:antichristus nō ē medio colore co
loratus:neganda ē ꝓpter eandem causam
scilicet quia suū contradictoriūꝫ sequitur.
¶Septima regula ē ista:Ad omne īperti
nens respondendum ē ſm sui qualitatem
idest si ē verum concedendum ē:si falsum
negandum:si dubium dubitandum.Impꝫ
tinens voco quod non sequitur nec repu-
gnat:vnde quelibet istarum: tu es homo:
tu curris:ē impertinens isti:omnis homo
currit:quia non sequitur nec repugnat:iō
si imediate post istam omnis homo currit
ꝓponitur:tu es homo ꝯcedēda ē : q: vera
⁊ impertinens:⁊ si ꝓponitur: tu curris ne-
gāda ē.Pertinēs ē duplex:scilicet sequēs
⁊ repugnās:vnde ꝯcessis istis:Omnis ho
mo currit:tu es homo:tu curris ē ꝑtinens
sequens:⁊ tu non curris ē pertinens repu
gnans. ¶Ex ista regula sequitur correla-
rie ꝙ omne falsum sequens ē negandum:
omne varum nō repugnans:ē concedēdū
ṗma pars ꝓbatur:si illud ē falsum non se-
quens:ergo ē impertinens vel repugnās:
⁊ per consequens negandum.Secūda ps
similiter ꝓbatur:nam si illud ē verum non
repugnans:ergo sequens vel impertinēs
⁊ per consequens iuxta regulas dictas est
concedendum.¶Octaua regula ē ista:ꝓ
pter possibile positum non est impossibile
concedendum nec necessariū negandum:
quia nullum repugnans ē concedendum:
nec aliquod sequens negandūꝫ:sed omne
impossibile saltem per se ē repugnans cui-
libet:⁊ omne necessarium ē sequeus:ergo
impossibile non est concedendum: nec ne-
cessarium negādum quocūqꝫ possibili po
sito.¶Cōcludo ergo ꝙ infra tempus ob-
ligatiōis quotienscūqꝫ ⁊ quandocūqꝫ pro
ponitur aliqua istarum deus ē:homo ē asi
nus:prima est concedenda :.⁊ secunda ne-
ganda.¶Notandum ꝙ duplex ē necessa
rium scilicet per se ⁊ per accidēs. Necessa
rium per se est illud cuius adequatū signi
ficatum non potest nec potuit: nec poterit
esse falsum:vt deus est.Necessarium ꝑ ac-
cidens est illud cuius significatūꝫ adequa
tum non potest esse falsum : sed potuit esse
falsum:vt tu fuisti : vnde solet regulariter
dici ꝙ omnis propositio de preterito ī ter-
minis duplicibus non dependens a futu-
ro ē necessaria.¶Similiter ē duplex īpos-
sibile:videlicet ꝑ se ⁊ ꝑ accidens.Impossi
bile ꝑ se ē illud cuiꝰ adequatū significatūꝫ
nō pōt nec potuit eē verum nec poterit:vt

nullus deus ē. Impossibile vō ꝑ accidens
ē illud cuius adequatū significatū non po
test esse verū: sed bene potuit esse verū: vt
tu nō fuisti. Unde semꝑ si vnū cōtradicto
riū ē necessariū: aliud ē impossibile ⁊ econ
tra. Intelligitur ergo regula ista de īpossi
bili ⁊ necessario ꝑ se: qꝛ aliquando ꝓpter
possibile positū ē cōcedendū impossibile ⁊
negandū necessariū ꝑ accidēs: vt pono ti
bi istā: hoc instās nō fuit: demōstrando in
stans pn̄s admittēda ē qꝛ vera: qua admis
sa certū ē ꝙ illud instans p̄terijt: ⁊ tamē si
ꝓpono eandē cōcedēda ē: ⁊ suū oppositū
negandū: nō obstāte ꝙ sit factū īpossibile
ꝑ accidēs: ⁊ suū oppositū necessariū simili
ter ꝑ accidens. Ultima regula ē ista: quali
bet parte copulatiue ꝯcessa ꝯcedenda ē co
pulatiua cuius ille vl' ꝯsimiles sunt partes
ꝓncipales. Et vna parte disiunctiue ꝯcessa
ꝯcedenda ē disiunctiua: cuius illa est pars
ꝓncipalis: ꝓbatur hoc: nam sicut ad veri
tatem copulutiue requiritur ⁊ sufficit quā
libet eius partē esse verā. Et ad veritatem
disiūctiue ꝙ vna sit vera: ita ad hoc ꝙ co
pulatiua sic cōcedēda requiritur: ⁊ sufficit
quālibet partem esse ꝯcedendaꝫ. ¶ Et ad
hoc ꝙ disiūctiua sit ꝯcedenda requiritur
⁊ sufficit vnā ꝑtē ꝓncipalē esse ꝯcedendā.
verbi gratia: pono tibi istam tu es rome: q̈
admissa si ꝓponitur eadem cōcedenda est
deinde tu es homo ꝯcedenda ē: qꝛ vera et
impertinēs. Ultimō si ꝓponitur ista copu
latiua: tu es rome ⁊ tu es homo: cōcedēda
ē: quia partes sunt ꝯcesse: ⁊ ita de disiuncti
ua suo modo dicaꝭ: quare ⁊c̄.

Ut harum regularum veritas inten
sius innotescat ꝯtra quālibet illarū
vnam formabo obligationem. Con
tra igitur ꝓmam regulam pono tibi omne
possibile: si nō admittis arguo sic. Ego po
no tibi omne possibile: ⁊ non admittis om
ne possibile bene respondēdo: ergo nō om
ne possibile ē a te admittendum: quod est
contra regulam. Si autem admittis ꝓpo
no tibi ista duo: tu es: ⁊ tu non es: si conce
dis: tu concedis duo contradictoria: ergo
male respondes. Si negas aliquam ista
rum: ⁊ quelibet istarum est tibi posita ⁊ a
te admissa: quia possibilis: ex quo posui ti
bi omne possibile: ergo tu negas tibi posi
tum: et a te admissum: et per consequens
male respondes. patet cōsequentia per se
cundam regulam. ¶ Respondetur nō ad
mittendo positum: ⁊ tunc ad argumentuꝫ
pono tibi omne possibile: et non admittis
omne possibile: ergo non omne possibile ē
a te admittendum: nego argumentum:
sicut non sequitur pono tibi vtrūqꝫ istorū
contradictoriorum: tu es: ⁊ tu non es: ⁊ nō
admittis vtrūqꝫ istorum: ergo non vtrūqꝫ
istorum contradictoriorum est a te admit
tendum: sed solum sequitur ꝙ non est ad
mittendum vtrūqꝫ istorum: ita in ꝓori cō
sequentia sequitur: ꝙ nō ē admittendum
omne possibile: ⁊ hoc est verum cum quo
stat ꝙ oē possibile est admittendū. ¶ Cō
tra secundam regulam arguitur sic: Et po
no tibi istam: tu es rome: est tibi posituꝫ et
a te admissum: qua admissa ꝓpono tibi:
tu es rome negāda est: quia falsa ⁊ imper
tinens: tunc arguitur sic: illa ꝓpositio est a
te neganda: ⁊ eadem ē tibi posita: ⁊ a te be
ne admissa: ergo tibi positum ⁊ a te admis
sum ē negandum: tenet cōsequentia: quia
ē sylogismus resolutorius: ⁊ maior est con
cessa: minor vō ē positum. Respōdetur ad
mittēdo positum: ⁊ cum ꝓponitur tu es ro
me negaꝭ: ⁊ tunc ad argumentū nego ma
iorem: ex eo ꝙ repugnat posito: nam sequi
tur: tu es rome est tibi positū ⁊ a te admis
sum: ergo tu es rome: ē a te concedēdū qꝺ
repugnat huic: tu es rome ē a te negandū.
Quotienscūqꝫ ergo ꝓponitur ista nega
tur: ⁊ cum dicitur ista ē a te neganda: iteꝝ
negatur: ⁊ conceditur ꝙ ē cōcedēda. Et si
arguitur sic: illa ē a te concedenda: ⁊ tu ne
gas eam: ergo male respondes. Negaꝭ cō
sequētia: sicut nō sequitur tu concedis a ꝓ
positionē: ⁊ a ꝓpositio ē falsa: ergo tu male
respondes: dato ꝙ a sit vnū falsum sequēs
sed in qualibet illarum consequentiarum
addendum ē in antecedente: tu non es ob
ligatus qꝺ negatur tanqꝫ falsuꝫ ⁊ imperti
nens. ¶ Contra tertiam regulam arguiꝭ
sic: pono tibi istam: tu curris ⁊ tu non cur
ris: ē a te ꝯcedendū. casus est possibilis: qꝛ

possibile est ꝙ tu curras: ⁊ ꝙ illa tu nõ cur
ris sit tibi posita: ⁊ a te admissa: ⁊ ꝯsequent
ꝯcedẽda. Admisso ḡ casu arguo sic tu cur
ris nõ ẽ a te ꝯcedendũ: ⁊ tu curris seqꝛ ex
posito ⁊ admisso tãq̃ a copulatiua ad alte
ram ꝑtẽ: ergo non quodlibꝫ ex posito ⁊ ad
misso ẽ ꝯcedendũ: ꝯña tenet: ⁊ ꝑma ꝑs an-
tecedẽtis ꝓbaꝛ: nã tu nõ curris est a te cõ-
cedendũ ꝑ positũ: sꝫ tu nõ curris ꝯtradicit
isti tu curris: ergo tu curris nõ est a te ꝯce
dendũ. ꝯña tenet: qꝛ si vnũ ꝯtradictoriũ ẽ
ꝯcedẽdũ: reliquũ est negandũ. Rñdeꝛ ad
mittendo positũ: ⁊ tũc ad argmentũ nego
istã tu curris: nõ est a te ꝯcedendũ: ⁊ ad ꝓ
bationẽ nego minorẽ videlicet tu curris
ꝯtradicit isti tu nõ curris nõ tãq̃ falsã: sꝫ
tanq̃ repugnantẽ duobus ꝯcessis. sequiꝛ
enĩ tu curris ẽ a te ꝯcedendũ: ⁊ tu nõ cur-
ris nõ sunt ꝯtradictoria. Si tñ fieret casus
isto modo pono tibi istã tu curris ⁊ tu nõ
curris: cuius cõtradictoriũ est a te ꝯcedendũ
admitto casũ: ⁊ cõcedo illã tu curris quo
tienscũq̃ ꝓponiꝛ: ⁊ nego ꝙ sit a me conce
denda tãq̃ repugnãs secũde parti copula
tiue posite: nam sequiꝛ tu non curis: ꝯtra-
dictoriũ eius ẽ a te concedendũ: ergo tu
curris nõ est a te ꝯcedendũ. ¶ Et si argui
tur sic: tu curris non ẽ a te ꝯcedẽda: ⁊ ꝯce-
dis eã ergo male respõdes: nego ꝯñam: si-
cut nõ sequiꝛ tu negas a ꝓpõnẽ: ⁊ a est vera
ergo male respõdes: sed oportet addere in
antecedẽte: ⁊ tu nõ es obligatus: ⁊ hoc nega
tur tanq̃ falsum. ¶ Contra quartã regu-
lam arguitur ꝓbando ꝙ repugnans posi-
to est a te concedendũ. Et pono tibi istam
nihil est tibi positũ pono admissa qꝛ possi
bilis ꝓpono tibi istã aliquid ẽ tibi positũ si
concedis ⁊ bñ rñdes: ergo habeo intentũ:
qꝛ illa repugnat posito. Si negas ꝯtra ego
posui tibi istã nihil ẽ tibi positũ ⁊ ipa est ali
qd: ergo aliqd ẽ tibi positũ. Rñdetur ne-
gando istam aliqd ẽ tibi positũ: ⁊ tunc ad
argumentũ nego maiorẽ videlicet ego po
sui tibi istã: nihil est tibi positũ tanq̃ repu-
gnãtẽ: hec enĩ repugnat nihil ẽ tibi posi-
tum: ⁊ posui tibi istam. Et si arguiꝛ positio
repugnat tibi posito: ḡ aliqd est tibi positũ
negeꝛ añs: qꝛ repugnãs ⁊ quelibꝫ alia ꝓpo

sitio ad quã sequiꝛ aliqd eẽ tibi positũ. Cõ
silr rñdeꝛ si ponaꝛ: te nõ esse: admittẽdo ⁊
ꝯcedendo idẽ. et si diciꝛ: tu ꝯcedis istã vel
tu bñ rñdes nego quãlibꝫ talẽ qꝛ ad ipam
sequiꝛ te esse qd est oppositũ positi ¶ Con
tra quintã regulã arguiꝛ. Nã data verita
te istius sequiꝛ ꝙ admisso quocũq̃ ꝯtingẽti
falso sit quodlibꝫ aliud ꝯtingẽs falsum ꝯce
dendũ. ꝓbaꝛ ⁊ pono tibi istã tu es rome
qua posita ⁊ admissa ꝓpono tibi istã: tu es
rome. Et baculus stat in angulo: pꝫ qꝛ illa est
negãda qꝛ falsa nõ sequẽs: deinde ꝓponiꝛ
nullus baculus stat ĩ angulo: si negas: ergo
hẽs ĩtentũ ꝯtra regulã: qꝛ sequiꝛ ex posito
cũ opposito bñ negati: sequiꝛ enĩ tu nõ es
rome vel nullus bacculus stat in angulo:
sed tu es rome ꝑ positũ: ḡ nullus baculus
stat in angulo. Si ergo ꝯcediꝛ illa nullus
baculus stat ĩ angulo habeo ꝯclusionẽ ꝑn
cipaliter ꝓbandã: qꝛ sicut deduciꝛ illa: ita
⁊ quelibet alia: dũmodo suũ oppositũ cõ
iungaꝛ copulatiue composito que copula-
tiua ĩmediate postpositũ ꝓponaꝛ. Respõ
deꝛ ꝯcedẽdo cõclusionẽ adductã imo põt
idẽ falsum ⁊ quodcũq̃ deduci: dũmodo
ponaꝛ disiũctiue cum opposito positi: ver
bi gratia pono tibi istã tu curris: qua admissa
proponotibi tu nõ curris vel baculus stat
in angulo aut aliquã talem tu es papa vel
episcopus: ꝯcedẽda ẽ: qꝛ vera ⁊ ĩpertinẽs
deinde ꝓponiꝛ baculus stat in angulo: opor
tet ꝯcedere: qꝛ sequiꝛ ex posito ⁊ vno ꝯces
so: sequiꝛ enĩ tu nõ curris vel baculus stat
in angulo: sꝫ tu curris ꝑ positũ: ḡ baculus
stat in angulo. ¶ Cõtra sextam regulã ar
guiꝛ sic: ⁊ pono tibi istã disiũctiuã tu cur-
ris vel rex sedet: qua posita ⁊ admissa ꝓpo
no istã nullus rex sedet: ⁊ pꝫ ꝙ est dubitã-
da: qꝛ dubia ⁊ ĩpertinẽs: deinde ꝓpono tu
curris negãda ẽ: qꝛ falsa ⁊ ĩpertinẽs. dein
de ꝓpono iterũ illã nullus rex sedet: si ne-
gas vel ꝯcedis eã: ⁊ prius dubitasti: ḡ ma-
le rñdes: tenet ꝯña ꝑ vnã regulã obligati
onum: qꝛ oẽs responsiões infra tẽpus obli
gatiõis sunt retorquẽde ad idẽ instãs. Si
ergo dubitas istã ⁊ bene respõdes: illa nõ
est a te negãda: ⁊ tamẽ repugnat posito ⁊
opposito bene negati. Naꝫ bene sequiꝛ tu

curris vel rex sedet: sed tu nō curris: ergo
rex sedet. Respondetur admittēdo positū
⁊ cū proponitur illa nullus rex sedet dubi-
tatur: ⁊ illa negatur tu curris: ⁊ cum iterū ꝓ
ponitur nullus rex sedet negatur: q2 repugnat
posito ⁊ opposito bn̄ negati Et cū dicitur prius
dubitasti eam ⁊ modo negas: ergo male re
spōdes: nō valet argumentū: ⁊ ad regulaȝ
dico ꝙ intelligit de respōsionibus repugnā
tibus sicut est cōcedere ⁊ negare. Itē ꝯce-
ditur in simili casu ꝙ aliqua propō in vno
loco est dubitāda: ⁊ in alio loco est ꝯceden
dā: vt pono tibi istā tu curris vel rex sedet:
qua admissa: propono rex sedet dubitāda
est q2 dubia ⁊ imptinens: deinde tu curris
neganda est falsa ⁊ ipertinens. Iterū pro-
pono rex sedet: et patet ꝙ est concedenda
q2 sequens ex posito ⁊ opposito bene nega
ti: vt tu curris: vel rex sedet: sed tu nō cur-
ris: ergo rex sedet. ¶ Contra septimā re-
gulā arguitur probādo ꝙ nō ad omne im
pertinens est respondendū sm̄ sui qualita
teȝ. Et pono tibi istā tu es rome qua admis
sa ⁊ cōcessa ꝓpono tu es rome in hoc instā
ti demonstrādo instans pn̄s: si cōcedis ha-
beo intentū: quia ista est falsa ⁊ ipertinēs
cum non sequatur nec repugnet. Si vero ne
getur: contra omne qđ est rome est rome
in hoc instāti: sed tu es rome: ergo tu es ro
me in hoc instāti: maior ꝓbatur: nam omne
qđ est rome ē rome in instāti pn̄ti: sed nul
lum est instās pn̄s nisi hoc: ergo oē qđ est
rome: est rome in hoc instāti. Respondetur
admitēdo positū: ⁊ cū ꝓponitur tu es rome
in hoc instāti negetur ⁊ ad eius ꝓbationē ne
go maioreȝ q2 repugnat posito ⁊ opposito
bn̄ negati nā sequitur tu es rome ⁊ tu nō es
rome in hoc instanti: ergo omne quod est
rome est rome in hoc instanti. Et ad proba
tionem illius maioris cōcedo ꝙ omne qđ
est rome ē rome in instāti pn̄ti: ⁊ nego mi-
norē scilicet ꝙ nullū sit instās pn̄s nisi hoc
qm̄ ex vno concesso ⁊ opposito bene nega
ti sequitur oppositū illius exceptiue. sequitur
enim oē qđ est rome est rome in instāti pre
senti: ⁊ nō omne qđ ē rome est rome ī hoc
instāti: ergo aliqđ est instās qđ nō est hoc qđ
repugnat illi exceptiue. Et si dicitur ꝙ est illud
instās: dicitur qđ stat qđ sit a vel b: nec est de
terminanda nisi disiunctiue talis questio.
¶ Contra regulam arguitur. Et pono tibi
istam homo est asinus est tibi positū ⁊ a te
admissuȝ: qua admissa ⁊ concessa: q2 possi
bilis: ꝓpono hō est asinus vel concedis vel
negas. Si cōcedis: ⁊ bene respondes ha-
beo intentū. s. ꝙ ꝓpter possibile positū cō-
cedendū est possibile ꝑ se. Si auteȝ negas
ꝯtra omne tibi positū: ⁊ a te admissuȝ est a
te ꝯcedendū: sed hō est asinus est tibi posi
tū: ⁊ a te ꝯcedendū: ergo hō est asinus: ē a te cō
cedendū: tenet ꝯsequētia cū maiori q2 est
regula ⁊ minor patet q2 est positū: tunc ar-
guitur sic: hō est asinus: est a te ꝯcedendū
⁊ hō est asinus: est īpossibile ꝑ se ergo īpossibi
le ꝑ se est a te concedendū: et consequēter
necessariū per se est a te negandum: q2 suū
contradictoriū est necessariū per se nō ho
mo est asinus. ¶ Respondetur admittēdo
positum: ⁊ cum proponitur hō est asinus ne-
gatur: ⁊ tunc ad argumentū concedo ꝙ hō
est asinus ē a te concedendū: ⁊ nego ꝙ ho
mo est asinus sit impossibile ꝑ se tanqȝ re-
pugnās vni concesso: sequitur enim hō est asi
nus est a te concedendū: ergo homo est asi
nus: non est īpossibile ꝑ se. Et si arguitur sic
homo est asinus: est a te concedendū: ⁊ tu
negas ipsam: ergo tu male respōdes: nego
argumentū sed oportet addere ⁊ tu nō es
obligatus. ¶ Contra vltimā regulā arguitur
⁊ pono tibi istā tu es rome: q̄ admissa ⁊ con
cessa ꝓpono tibi istaȝ copulatiuā tu es ro-
me ⁊ tu es hō: hec copulatiua ē falsa ⁊ ipti
nens: ergo negāda: ⁊ tn̄ quelibet eius ꝑs
est cōcedenda: ergo non qualȝ ꝑ te copula
tiue concessa est ꝯcedenda copulatiua qđ
est contra regulā. Sed probatur ꝙ quelȝ
ꝑs copulatiue sit concedēda: q2 prima ꝑs
est ꝯcedēda q̄ posita ⁊ admissa: ⁊ scđa silr
q2 vera ⁊ iptinēs: ergo ⁊c̄. ¶ Rn̄detur admittē
do positū: ⁊ cū ꝓponitur copulatiua: ⁊ nego
eā: ⁊ nego ꝙ q̄libȝ eius ꝑs sit ꝯcedēda: eo ꝙ
scđa est nagāda. ⁊ cum dicitur ꝙ est vera
⁊ impertinens cōcedo ꝙ est vera: sȝ nō est
impertinēs: imo est repugnans: q2 suum
contradictorium sequitur ex posito ⁊ opposi
to bene negati. Nam sequitur tu non es ro-

me:vel tu nõ es homo: sed tu es rome per positũ:ergo tu nõ es homo. Si aũt imediate post positũ ꝓponeret:tu es homo:concederẽ eã:qꝛ vera ⁊ ıptunẽs:⁊ ꝯñter ꝯcederẽ istã copulatiuã:tu es rome:⁊ tu es hõ:tãq̃z sequentẽ ex suis partibus cõcessis. ¶ Itẽ arguo cõtra eandez regulam. Et pono tibi istã:omnis homo est rome:qua admissa ꝓpono:tu es homo ⁊ tu es rome: hec copulatiua ẽ negãda:qꝛ falsa ⁊ ipertinens:deinde ꝓpono tu es homo:ista ẽ concedẽda:qꝛ vera ⁊ ipertinẽs. Ulterius ꝓpono alteram partẽ tu es rome: ⁊ patet ꝙ hec similiter ẽ cõcedẽda:qꝛ sequẽs ex posito ⁊ vno ꝯcesso verbi gratia:Omnis homo ẽ rome: tu es homo:ergo tu es rome: ⁊ ita habeo intentũ ꝙ copulatiua ẽ negãda: ⁊ tamẽ quelibz eius pars ẽ cõcedẽda. ¶ Respõdetur admittẽdo positũ:⁊ negãdo copulatiuã:⁊ cũ ꝓponit:tu es homo nego: qꝛ repugnat posito cũ opposito bene negati:qꝛ suũ ꝯtradictoꝛũ sequit. Naz sequit:omnis homo est rome:⁊ tu nõ es homo vel tu nõ es rome: ergo tu nõ es homo:patet ꝯsequẽtia:quia ꝯsequẽs sequit ex posito:⁊ qualibet parte disiunctiue:ergo sequitur ex posito ⁊ tota disiunctiua patet consequẽtia:⁊ antecedens similiter patet intuenti:quare ⁊c.

In materia cõuertibilitatis ꝓpõnit ꝓponit hoc sophisma:pono tibi istaz deus est:⁊ homo est asinus cõuertuntur:qua admissa:qꝛ possibilis:ꝓpono deꝰ ẽ cõcedat:qꝛ necessariuz ꝑ se:deinde ꝓpono homo ẽ asinus:vel cõcedis vel negas:si cõcedis:cõtra cedat tempus obligationis: ⁊ ostẽdo tibi ꝙ tu cõcessisti ipossibile ꝑ se in tempoꝛe obligatiõis: ergo male respõdes vnde extra tempus obligationis: semper rei veritas ẽ fatenda:qꝛ ꝑ hũc modum apparet si respõdẽs bene vel male respõdeat in tempoꝛe obligatiõis. Si aũt in tempoꝛe obligatiõis neget ista: homo ẽ asinus contra deus ẽ:⁊ homo ẽ asinus conuertunt:et hec concedẽda deus ẽ:ergo hec ẽ concedẽda homo ẽ asinus:⁊ tu negas eã:ergo male respondes. ¶ Itẽ admisso illo casu ꝓpono:hec ẽ vera deus ẽ:debet cõcedi: qꝛ verũ ⁊ ipertinẽs: deinde hec ẽ vera:homo ẽ asinus:hec est concedenda:qꝛ sequẽs. Nã sequitur ille conuertuntur:⁊ ꝑma est vera ergo ⁊ secũda:⁊ tunc sic ista est vera homo ẽ asinus que adequate significat hominez esse asinum: ergo hominem esse asinuz est verum:⁊ per consequens homo est asinus ¶ Ad primũ respondetur admittendo casum:⁊ cum proponitur deus est concedo:⁊ nego istam homo est asinus: ⁊ tunc ad argumentum concedo ꝙ homo est asinus: ẽ a me concedendum:⁊ argumentuz improbans:nego consequentiam:sed opoꝛtet addere ꝙ tu non es obligatus qꝺ ego nego. Et si arguitur homo est asinus:est a te concedendum:⁊ homo est asinus est per se impossibile:ergo per se impossibile est a te cõcedendum:nego minoꝛem tanq̃z repugnãtem maioꝛi concesse. Eodem modo respõdetur si pꝛimo loco pꝛoponatur ista:homo est asinus:⁊ a te concedenduz qꝺ concederetur ⁊ consequenter diceretur ꝙ ista deꝰ est:est a te neganda:⁊ negaretur qꝺ eẽt necessaria per se:quia repugnat concesso. Sequitur enim deus ẽ:est a te neganda:ergo non est necessaria per se. Ad secundum cõcedo ꝙ illa ẽ vera homo est asinus: ⁊ nego ꝙ ipa significet adequate hominem eẽ asinum:quia repugnat maioꝛi concesse. Seqtur enim:illa est vera homo ẽ asinus: ergo non significat adequate hominem esse asinum. vbi autem ꝑmo loco ꝓponeretur illa homo est asinus est falsa:concederetur: qꝛ verum ⁊ impertinens:deinde deus est:est falsa:conceditur quia sequens:⁊ negat tãq̃z repugnans ꝙ significet adequate deuz esse. Et si diceretur qualiter adequate significat non determinatur hec aliqua talis questio. ¶ Notandum ꝙ si poneretur conuerti deus est ⁊ homo est asinus sic adequate significãdo: vt prius non debet admitti casus:quia eo admisso sequitur incõueniens vel contradictio pꝛobatur. Nam admisso illo pꝛopono hec est vera deus est vel concedis vel negas. Si negas:contra illa non est vera:deus est que adequate significat deum esse:ergo deũ eẽ non est verũ qꝺ ẽ ipossibile. Si autem conceditur ꝺ inde ꝓpono: hec ẽ vera homo ẽ asinꝰ opoꝛ-

tet ꝯcedere tanq̄ꝫ sequens. Tūc arguit̃ sic:
illa ē vera hō ē asinus: que adequate signi
ficat hominē eē asinū: ergo verꝫ ē hominē
eē asinū: ꝯsequēs īpossibile. ¶ Pro aliq̄li
ergo respōsiōe in hac materia pono aliq̄s
regulas: quarꝫ p̄ma ē ista: Quādocūqꝫ po-
nit̃: duas ꝓpositiōes conuerti adequate si
gnificando: quarū vna ē necessaria ⁊ alia ī
possibilis: nō admittit̃ casus iste: q2 tūc ex
necessario sequeret̃ īpossibile: vt deus ē er
go hō ē asinus: ⁊ demōstrādo ꝑ li sic adeq̄-
te significādo significata ꝯsueta. ¶ Secū
da regula ē ista: quādocūqꝫ ponit̃ duas ꝓ-
positiōes ꝯuerti sic adequate significādo:
quarū vna ē possibilis ⁊ alia īpossibilis: nō
admittit̃ casus iste: vt si ponat̃ istas cōuer-
ti sic adequate significādo: tu es hō ⁊ hō ē
asinus: nō admittat̃: q2 tūc ex possibili seq
tur īpossibile. ꝓbat̃: ⁊ pono casum illū quo
Restat dicere consequenter de insolubili disiunctiuo: pro cuius delectatione hec sit prima regula insolubile disiunctiuum: cuius vna pars est per se sit insolubile simpliciter: si eidem in casu addun tur oēs cōditiōes cū nota exclusionis: v̄bi gr̃a: posito ꝙ illa disiūctiua que sit a nullus deus est: vl' nulla disiūctiua est vera sit oīs disiunctiua significās precise sicut termini pretendunt. Isto posito ⁊ admisso q̄ro vtꝝ a sit veꝝ. Si dicitur ꝙ sic: ergo altera pars ē vera: ⁊ nō ꝑma: ergo scḋa: tūc arguit̃ sic. Scḋa pars est vera: ergo significat precise ⁊ ꝑncipaliter sicut ē. Sed scḋa pars significat precise ꝙ nulla disiūctiua est vera: ergo ita est ꝙ nulla disiunctiua est vera: ⁊ ꝑ ꝯñs a non est veꝝ. Si dicitur ꝙ a est falsuz: ergo secunda pars est falsa: sed ipsa significat precise ꝙ nulla disiunctiua est vera: ergo non est ita ꝙ nulla disiunctiua est vera: ⁊ a ē oīs disiunctiua: ergo a est verū. ¶ Propterea dicit̃ ꝙ a in casu isto est insolubile simpliciter: ideo nō admittendus est casus: q2 īplicat ꝯtradictionem. ¶ Scḋa regula ē ista insolubile disiūctiuuz apparenter: cuius vna pars est ꝯtingens ⁊ alia falsa sit insolubile: scḋm qd eidē addendo in casu oēs ꝯditōes cū nota exclusionis. v̄bigr̃a: Pono tibi istā tu nō es hō: vel nulla disiunctiua est vera q̄ sit a: ⁊ sic oīs disiunctiua significās ꝑcise sicut termini pretēdūt. Isto posito ⁊ admisso quero vtꝝ a sit veꝝ. si dicit̃ ꝙ sic: ergo vna pars est vera: nō ꝑma: ergo scḋa. tūc arguit̃ sic: Secunda pars est vera: ergo significat precise sicut est. Sed ipsa significat ꝑcise ꝙ nulla disiūctiua est vera: ergo ita est ꝙ nulla disiunctiua est vera: ergo a nō est verum Si dicitur ꝙ a est falsuz: ergo scḋa ꝑs falsa Sed ipsa significat precise ꝙ nulla disiūctiua est vera: ergo a nō est veꝝ. Si dicit̃ ꝙ a ē falsum: ergo scḋa pars est falsa. Sed ipa significat ꝑcise ꝙ nulla disiunctiua est vera nō est ita ꝙ nulla disiūctiua est vera: g̃ aliq̄ disiūctiua est vera: ⁊ a est oīs disiūctiua: g̃ a ē veꝝ: ⁊ ita vt apparet sequit̃ cōtradictio in isto casu sicut in ꝑmo: ⁊ ꝑ ꝯñs regula nō est vera. ¶ Respondetur concedendo regulam ⁊ admittendo casum. ⁊ dicitur ꝙ a ē verum: ⁊ tunc quando dicitur non prima pars est vera: ergo secunda: dico ꝙ prima pars est vera: quia ipsam esse veram sequitur ex casu: ⁊ secunda est falsa: ⁊ ex hoc nō concluditur inconueniens. Uerumtamen huiusmodi disiunctiua non est insolubilis nisi apparenter vt dicebatur in regula: q2 omne insolubile est falsum: ⁊ a est verum: ergo a non est insolubile. ¶ Tertia regula Omne insolubile disiunctiuum sit insolubile scḋm quid eidem addēdo in casu omnes conditiones preter notam exclusionis. v̄bi gratia: posito ꝙ illa disiunctiua homo est asinus: vel illa disiunctiua est falsa que sit a sit omnis disiunctiua significans sicut termini pretendūt: admittitur casus: quo admisso dico ꝙ a est falsum: ⁊ secunda pars significat aliter q̄z est. sed nego ꝙ ipsa significet precise ꝙ illa disiunctiua est falsa: imo etiā significat aliter: sc3 ꝙ a est veꝝ eodem

modo diceret si poneret ꝙ illa tu nō es hō vel illa disiunctiua non est vera esset omīs disiunctiua ⁊ significaret sicut termini pretendūt. ¶ Notandū ꝙ nulla disiunctiua ē insolubilis cuius alteras pars est vera: nec fuerit insolubilis positis illis ꝯditiōib⁹ sepius noīatis: vt deus est: vel oīs disiūctiua est falsa: tu es hō: vel ista disiūctiua ē falsa. Uñ ponendo casum quēcūqꝫ noīatum: admitteret ille ⁊ ꝯcederet quelibet illaꝝ disiunctiuaꝝ ꝑpter veritatē ꝑme ꝑtis. ¶ Cōtra istā rñsionē arguit sic: Om̄e a est falsum sed oē a est ista disiunctiua: ergo illa disiunctiua est falsa: tenet ꝯñtia: q: syllogism⁹ in in ꝑmo tertie figure: ⁊ añs est veꝝ: g̃ ⁊ ꝯñs sed ⁊ ꝯñs est scḋa ꝑs disiūctiue: ergo ipsa ē vera: ⁊ ꝑ ꝯñs a est veꝝ. ¶ Scḋo arguit sic Oppositū a ē falsum: g̃ a est veꝝ: añs ꝓbat. Nam hoc est falsum: nullus hō est asinus ⁊ illa disiūctiua non est falsa: ⁊ hoc est oppositum a: g̃ oppositū a est falsuꝫ: ꝯña tenet cū minori: ⁊ maiorē ꝓbo. Nam ipa est vna copulatiua cuius scḋa ꝑs est falsa: q: iam concessum est ꝙ a est falsum. ¶ Ad ꝑmū dicit ꝯcedendo ꝯñtiam ⁊ negando ipam eē bonam ⁊ cū dicit ꝙ est syllogismus in primo tertie figure: nego q: ꝯclusio hypothetice significat: qualiter nō ꝯtingit ꝯclusioni alicuias boni syllogismi. ¶ Ad scḋm dicit ꝙ oppositū a nō est illud: sed hoc mihi: qḋ est hō est asinus: ⁊ nō ista desiunctiua est falsa: cuius scḋa ꝑs significat duob⁹ modis sicut suū ꝯtradictoriū. Hec argumēta poterant applicari capitulo copulatiuaꝝ: sed totiēs est inutile replicare. Ex ꝑma regula sequit ꝙ si poneret hanc hō est asin⁹: vel quācūqꝫ aliā ꝑpositionē significare ꝑcise ꝙ hō ē asinus: vel ꝙ nulla ꝑpositio est vera nō eēt admittendus casus: q: sequeret cōtradictio. Ex scḋa regula seqt̃ ꝙ si poneret hanc hō ē asinus esse oēm ꝑpositionē: ⁊ significare ꝑcise te non esse. Uel ꝙ nulla ꝑpositio ē vera admitteret casus: ⁊ diceret istam eē veram hō est asinus. Ex tertia regula sequit ꝙ si poneret istā hō est homo esse oēm ꝑpōneꝫ ⁊ significare hoiem esse asinum vel ꝙ nulla ꝑpositio est vera non ponendo ꝑcise deberet admitti casus: ⁊ ꝯsequenter dici ꝙ illa est falsa homo est asinus: quare ⁊c.

Ultimo quedā declaro insolubilia q̄ insolubilia nō apparēt vt sortes non habebit denariū. plato nō ꝑtransibit pontem: ⁊ pono ꝙ omne dicens veꝝ hēbit denariū ⁊ solum tale: ⁊ ꝙ tu dicas istam ꝑpositionē: ⁊ nullā aliaꝫ que sit a: ego nō habebo denariū significantē ꝑcise sicut termini ꝑtendunt. Isto posito quero vtrū hēbis denariū vel non. Si dicit ꝙ tu habebis denariū: ⁊ oīs qui habebit denariū dicit: verum: ergo tu dicis verū: ⁊ non dicis nisi a: ergo a est veꝝ: ⁊ tunc sic: a est veꝝ: ⁊ significat precise ꝙ tu nō habebis denariū: ergo tu nō habebis denariū: qḋ est ꝯtradictoriū prius ꝯcessi. Si aūt dicit ꝙ tu non habebis denarium: ergo tu non dicis veꝝ: ⁊ non dicis nisi a: ergo a non est veꝝ. tunc sic: a nō ē veꝝ: ⁊ a significat precise ꝙ tu nō habebis denariū: ergo non erit ita ꝙ non habebis denariū: ergo tu habebis denariū: ⁊ ita sequit ꝯtradictio. Silr̄ pōt arguit in ꝑncipio vtrum a sit veꝝ vel falsum queādmodum in aliis insolubilib⁹ querebat. Propterea nō admittit casus: q: ex eo originē trahit insolubile simpliciter. Si tñ in casu nō ponit dictio exclusiua admitto casuꝫ: ⁊ dico ꝙ tu nō habebis denariū: ⁊ ꝙ a non est veꝝ: sed tunc ad argumentū: a non est veꝝ: sed a significat preciseꝙ tu non hēbis denariuꝫ: g̃ nō est ita ꝙ tu non habebis denariū: nego minorē: qm̄ a significat ꝙ tu non habebis denariū: ⁊ ꝙ a est veꝝ: ⁊ non ratione primi significati: a est falsum: sed ratione secundi. Uerūtamen si fieret ꝯña non ponendo precise in minori negarem ꝯsequentiā. ¶ Eodem modo respondet ad casum pontis qñ ponitur ꝙ omne dicens veꝝ ꝑtransibit pōtem: ⁊ solum tale: ⁊ sortes qui sit oīs sortes dicat illam ꝑpositionē ⁊ nullam aliā sortes non ꝑtransibit pontem significantem ꝑcise sicut termini pretendūt non admittit cāus Si āt remoueretur dictio exclusiua admittatur: ⁊ dicatur ꝯsequenter ꝙ sortes nō ꝑtransibit pontem: ⁊ ꝙ a est falsum. ¶ Contra istā responsionē arguit sic nullū dicens falsum ꝑtransibit pontem: sed sortes dicit falsum: ergo sortes nō ꝑtransibit pōtē ꝯña

bona: q̄ est syllogimus in quarto prime fi-
gure: ⁊ añs est veꝝ: ergo ⁊ ꝯsequēs: ⁊ ꝯñs
est a: ergo est verū. Scđo arguitur: si ꝯtra-
dictoriū a est falsun: ergo a est verū: añs ꝓba
tur: qm̄ hoc est falsum sortes ꝑtrāsibit pon
tē ⁊ hoc est ꝯtradictoriū eius: ḡ ⁊c̄. Prima
ps añtis probat̄: nam sortes dicit falsuꝫ: er-
go nō ꝑtrāsibit pontē ⁊ illa ꝓpō sortes ꝑ
transibit pontē sigificat precise ꝙ sortes ꝑ
trāsibit pontē: ergo est falsa. ¶ Ad ꝑmū re
spōdetur cōcedēdo ꝯñam ⁊ negādo ipsam
esse bonā: nec ē syllogisimus ī quarto ꝑme
figure: q̄ ꝯñs significat hypothetice copu
latiue: hoc supposito ꝙ ꝯclusio sit a vel cō-
uertibilis cū a. ¶ Ad scđm dicit̄ ꝙ assigna
tum nō est ꝯtradictoriū a: sed istud nō sor-
tes nō ꝑtrāsibit pontē significās disiūctie
mō opposito ad a sicut sepissime ē recitatū
¶ Iā arguo ꝯtra totū fundamentū insolu
biliū probādo ꝙ nō quolibꝫ insolubile ſm
qd significat copulatiue mō dcō q̄ tūc qđ
libet insolubile foret īpossibile simpliciter
ꝯñs falsum: q̄ insolubile ē cōcedendū ī ca
su vt patuit: ⁊ nullū īpossibile simpliciter ē
ꝯcedendū infra tp̄s obligationis: ergo ⁊c̄
Et ꝙ illud sequat̄ ꝓbatur. Naꝫ quodlibet
tale īsolubile significat copulatiue īpossibi
le simpliciter ⁊ hoc precise ⁊ ꝑncipaliter ḡ
quodlibꝫ insolubile ſm qd ē īpossibile sim
plicit̄: ꝯña tenet: ⁊ añs ꝓbat̄: sumēdo hoc
īsolubile ē falsum: significat. n. ꝙ hoc ē fal-
sum: ⁊ hoc ē verū: sꝫ hoc eē falsuꝫ: ⁊ hoc eē
verū: est īpossibile simplicit̄: ḡ ⁊c̄. ¶ Hoc
argumentū est difficile valde: sed tn̄ breui-
ter solueret̄ nūq̄ꝫ ꝯcedēdo īsolubile sic̄ ali-
as nō ꝯcedebā ip̄m ⁊ tūc dicebā ꝙ qđlibꝫ
īsolubile ē ꝓpō īpossibilis simpliciter: ⁊ ita
nō ꝓcederet argumentū. ¶ Uerū tn̄ q̄ cō
cessi insolubile ꝓpositū: ⁊ negaui ip̄m esse
verū nō possem dicere bn̄ rn̄dēdo ip̄m eē
īpossibile simpliciter: sed solū possibile. Et
tūc ad argumentū: suū significatū ꝑncipa-
le ē īpossibile: ḡ īsolubile est īpossibile: non
argumentū. ¶ Pro quo ē notandū ꝙ inso
lubile hꝫ duo significata: Unū adequatū ⁊
aliđ ꝑncipale. Adeq̄tū significatū ē signifi
catū cathegorice sic̄ dicto īsolubil': vnde si
gnificatū adeq̄tū isti⁹ sortes dicit falsuꝫ est
istud sortē dicere falsum: vel ꝙ sortes dicit
falsum. Principale aūt significatū ē signifi
catū hyppotheticū: vt sortē dicere falsum:
⁊ istā ꝓpositionē eē verā. Dico ḡ ꝙ penes
aliud attēdit̄ possibilitas insolubilis: ⁊ pe-
nes aliud sua falsitas. Possibilitas nāq̄ꝫ at
tendit̄ penes possibilitatē significati adeq̄
ti. Et ipsius falsitas penes falsitatē: signifi
cati ꝑncipalis: hec ergo est possibilis: Om
nis propositio est falsa: q̄ possibile ē omnē
propositionē esse falsaꝫ: sed ipsa est falsa: q̄
suū significatū pͥcipale est falsum. s. omnē
ꝓpositionē eē falsam: ⁊ illam esse verā. Tn̄
extra materiā īsolubiliū penes idē attēdit̄
possibilitas veritas vel falsitas ꝓpositiōis
q̄ penes significatū. Notandū ꝙ non q̄cū
q̄ꝫ hec locutus sum: seu in ceteris tractati-
bus ea dixi ſm intentionē ꝓpriam: sed par
tim etiam ſm intentionē alioꝝ doctoꝝ: vt
iuuenes incipiētes facilius introducātur.

¶ De obiectiōibus ꝯtra primū tractatū.

Ut summularū notitia ad memoriaꝫ
reducatur ponende sunt quedā ob-
iectiones ꝯtra quasdā regulas vel
diffinitiones q̄bus solutis reducētia habe
antur. Primo nāq̄ꝫ arguit̄ cōtra diffinitio
nem propositionis qua dicebat̄: Proposi-
tio est oꝛo īdicatiua verū vel falsum signi-
ficās ¶ Cōtra quā diffinitionē sic arguit̄
Hec oꝛo antichrist⁹ esset albus est ꝓpō: tn̄
non est oratio indicatiua: ḡ diffinitio ꝓpo-
sitionis nō est sufficiens: ꝯña tenet cū ma-
ioꝛi: ⁊ minorē probo. Nam quodlibet añs
alicuius cōditionalis est ꝓpō: sꝫ añ xp̄s
eēt albus ē añs alicuius ꝯditionalis: ergo
est ꝓpō: patet ꝯña: q̄ est syllogism⁹ in ter
tio prime figure. Et maior etiā patet: q̄ cō
ditiōalis ē illa in qua coniungūtur plures
propositiones cathegorice mediante nota
cōditiōis. ⁊ minorē probo: quoniā añs hu
ius cōditiōalis si antichrist⁹ esset albus an
tichristus esset coloratus: ē alia oratio anti-
christus esset albus. ¶ Rn̄detur ꝯcedēdo
diffinitionē ꝓpositionis: ⁊ nego ꝙ ista ora
tio antixp̄s eēt albus sit ꝓpō: ⁊ tūc ad ar
gumentū nego istā maioꝛꝫ omne añs ali-
cuius cōditiōalis est ꝓpō. Et quādo hoc
probatur ꝑ diffinitionē cōditionalis: dicen

do ꝙ cōditionalis est illa in qua ꝯiungunt
plures cathegorice ⁊c̄. Dicit ꝙ ista diffini
tio est falsa de virtute sermonis: sed intelli
git sic. Cōditionalis est illa in q̄ ꝯiungunt
plures cathegorice aut plures orationes se
habentes ꝑ modū cathegorice: sed iam in
proposito nā coniungunt plues cathegori
ce in ista conditionali: sed plures oratiōes
se hn̄tes ꝑ modū cathegorice: vn̄ ista oīo
antichristus eēt albꝰ nō est cathegorica: sꝫ
se hn̄s ꝑ modū cathegorice q: habet suas
ptes ꝑ̄ncipales ꝑ modū subiecti ꝑ̄dicati ⁊
copule. ¶ Scd̄o arguit ꝯtra regulā ꝓpositionis
vl'is qua dicit ꝓpositio vl'is est illa ī
qua subijcit terminus cōis signo vl'i deter
minatus. Nā ista ꝓpō nō qlibꝫ hō currit
nō est ꝓpō vl'is ⁊ tn̄ in ea subijcit terminꝰ
cōis signo vl'i determinatꝰ: ergo regula fal
sa ꝯn̄a tenet: ⁊ ꝑ̄ma pars an̄tis probat: qm̄
ista nō qlibet hō currit equalet isti in figu-
ra: aliqs hō nō currit: q: negatio ꝓposita
facit eqpollere suo ꝯtradictorio: sed aliqs
hō non currit nō est ꝓpō vl'is: ergo nec illa
nō qlibꝫ hō currit. Scd̄a ps an̄tis probat
Nam omne adiectiuū alicuius substātiui
est terminatio eius: sed li qlibet est adiecti-
uum istius termini hō g̃ est determinatio
eius ⁊ ꝑ ꝯn̄s li hō determinatur signo vl'i:
qđ erat probandum. Respondetur ꝙ ar-
gumentū verbaliter cōcludit: sed non con
tra intellectuꝫ regule qui es iste: propositio
vl'is est illa in qua subijciturterminus cō-
munis signo vl'i distributiue mobiliter de
terminatus: sed iam in proposito subiectū
propositionis assignate determinat signo
vniuersali non distributiue: sed soluꝫ adie
ctiue: ⁊ ita ad argumentum non procedit.
¶ Tertio arguitur contra regulaꝫ propo
sitionis ꝑticularis q̄ dicit. Propō ꝑticula-
ris est illa in qua subijcit terminus cōmu-
nis signo particulari determinatus. Nam
illius: non aliquis hō non currit: non est ꝓ
positio ꝑticularis ⁊ tamē in ea subijcit ter-
minus cōis signo ꝑticulari determinatus
ergo regula falsa. ꝯsequētia tenet cū maio-
ri: q: equalet isti in figura qlibet hō currit
que n〈o〉n ē ꝑticularis: minor ꝓbat. Nā oē
adiectiuū alicuius substātiui ē determina
tio eiusdē sꝫ li aliquis est adiectiuū illius
termini hō: ergo ē determinatio ipsius: er
go li homo determinatur signo ꝑticulari
qđ erat probatū. Dicitur ꝙ non arguitur
ꝯtra intellectū regule: q: regula sic itelligi
tur: Propō ꝑticularis est illa in qua subij-
citur terminꝰ cōis solo signo ꝑticulari de-
terminatꝰ: sed iā in ꝓposito subijcit termi-
nus cōis determinatꝰ signo particulari ad
iectiue ⁊ etiam distributiue: ⁊ per ꝯn̄s non
determinat solo signo ꝑticulari. ¶ Quar
to arguitur ꝯtra regulā propōnis indefini
te: que erat talis Propō indefinita est illa
in qua subijcitur terminus cōis sine signo
Pono enim ꝙ a sit preiacēs illius vlis om
nis homo currit vꝫ hō currit. Et arguo sic
a est propositio īdefinita: ⁊ tamē in ea subij
citur terminus cōis mediante signo: ergo
regula falsa: ꝯn̄a tenet cū maiori ⁊ minorē
ꝓbo. Nam idē est subiectū a ⁊ sic vl'is: sed
subiectū vl'is a subijcit mediante signo: er
go subiectū a subijcitur mediāte signo qđ
erat probandū. ¶ Dicitur ꝙ nō arguitur
contra intellectuꝫ regule que sic intelligit
Propō indefinita est illa in qua subijcitur
terminus cōis sine signo qđ sit aliquid illi
us: modo ad propositu: licet subiectum a
subijciatur mediante signo: nō tamē medi
ante signo existente aliqd illius a: quoniaꝫ
signū vniuersale nō est pars sue preiacētis
sed propositionis vl'is: cuius preiacens est
pars. ¶ Quinto arguitur cōtra regulam
propōnis singularis que erat illa. Propō
singularis est illa in qua subijcit terminus
discretus vel terminus cōis cum pronomi
ne demōstratiuo. ¶ Contra arguit sic ista
ꝓpositio: oēs isti currūt nō est ꝓpositio sin
gularis: ⁊ tamen in ea subijcitur terminus
discretus: ergo ⁊c̄. ꝯn̄a tenet cuꝫ maiori: q:
frustra adderetur signum vl'e: ⁊ minor pa-
tet. Nam oē pronomē demonstratiuū ē ter
minus discretus: sed subiectū propositiōis
assignate ē pronomē demonstratiuū: ergo
est terminus discretus. Respondetur ꝙ q̄
libet istarum oēs isti currunt: vterqꝫ istoꝝ
mouetur: ē propositio vl'is: ⁊ nego ꝙ ibi su
bijciatur terminus discretus. Et tūc ad ar
gumentū oē ꝓnomē demostratiuū est ter-

minus discretus verum est singularis nu-
meri:sed nõ pluralis:vnde terminũ discre
tũ voco illũ q nõ potest simul cõpetere:nisi
vni vt iste ista istõ:hic hec hoc Et terminũ
cõmunẽ voco illũ qui simul potest cõpete-
re pluribus:vt li homo li animal:⁊ ꝓnomi
na demõstratiua pluraľ numeri videlicet
isti istorum ⁊ huiusmodi.¶Sexto arguit
contra regulas affirmatiue ⁊ negatiue pro
positionuꝫ q̃ fuerunt iste. Propositio affir
matiua est illa: in qua verbum principale
affirmatur.Et propositio negatiua est illa:
in qua verbum principale negatur. Nam
preiacẽs istius vniuersalis negatiue nullꝰ
homo currit est affirmatiua:⁊ tamen in ea
verbũ principale negatur:ergo regule fal-
se:consequentia tenet cũ maiori:quoniam
hec:homo currit: ⁊ quelibet sibi cõsimilis
est affirmatiua:⁊ minorem ꝓbo. Nã idem
ẽ verbum vtrisqꝫ scilicet vniuersalis nega-
tiue ⁊ sue preiacẽtis:sed verbum principa-
le vniuersalis negatiue negat: ergo verbũ
principale preiacens negat. Dicit ꝙ argu
mentum procedit verbaliter contra regu-
lam:sed non contra intellectuꝫ eius. Intel
ligit nãqꝫ sic regula propositiõis negatiue
Propositio negatiua est illa in qua verbũ
principale negat per negationem existẽteꝫ
aliquid illius:modo lꝫ illius preiacẽtis ver
bum principale neget:non tamẽ per nega-
tionem existentem aliquid illius: quia illa
negatio nullus:non est pars illius hõ cur-
rit:sed illius nullus hõ currit:q̃re ⁊c̃.

¶Obiectiões ꝯ mãꝫ ꝓpõnũ oppositaruꝫ.

In materia equipollentiarũ seu pro-
positionum existentium in figura po
nebantur alique regule:Quarũ pri-
ma erat ista.Duo contraria non possunt si
mul esse vera.¶Cõtra quã regulã arguit
sic:Ista sũt simul vera:quelibet homo ani
mal est: ⁊ quilibet homo animal non est: ⁊
hec sunt duo contraria: ergo duo cõtraria
sunt simul vera:tenet consequentia:⁊ pro-
bat prima pars antecedentis. Nã illa ẽ ve
ra: quilibet homo est animal : vt patet per
suas exponẽtes.Et ꝙ altera sit vera ꝓbat.
Iste homo animal nõ est:⁊ iste homo ani-
mal non est;⁊ sic de singulis:⁊ isti sunt om-
nes homines masculi:ergo quilibet homo
animal non est:tenet consequentia a singu
laribus sufficienter enumeratis ad suam
vniuersalem: ⁊ quelibet singularis antece
dẽtis probatur isto modo: iste homo asinꝰ
nõ est:⁊ omnis asinus est animal: ergo iste
homo animal non est : tenet consequentia
ab inferiori ad suum superius negatione
postposita:⁊ cum debito medio.Sed secũ-
da pars antecedentis ꝓbatur. Nã vniuer-
salis affirmatiue ⁊ vniuersalis negatiue d̃
consimilibus subiectis ⁊ predicatis suppo
nentibus precise ꝓ eodẽ vel ꝓ eisdem sunt
cõtrarie in figura:sed iste due vniuersales
assignate sunt huiusmodi:ergo sunt cõtra-
rie:tenet consequẽtia cum minori:⁊ maior
est regula posita ibidẽ. ¶Respondet bre
uiter ꝙ quelibet illaꝝ est vera:sed nõ sunt
contrarie:⁊ tunc ad regulam dico ꝙ opor
tet addere in regula ꝙ terminus cõmunis
non distributus in vna distribuatur in re
liqua:sed iam in proposito in vtraqꝫ istaꝝ
li animal stat confuse tm̃:ideo ista sunt con
traria:quilibet homo animal est:⁊ quilibꝫ
homo nullum animal est:quarũ secunda ẽ
falsa.Similiter ista sunt contraria: quilibꝫ
homo animal non est: ⁊ quilibet homo oẽ
animal est:quarum secũda est falsa.¶Simi-
liter est dicendum in obliquis casibus ꝙ il
la non sunt contraria : cuiuslibet hominis
asinus currit:⁊ cuiuslibet hominis asinus
non currit. Ponendo regulam cõmunem
ꝙ quando obliquus precedit rectum:obli
quus est subiectum ⁊ rectus se tenet a par
te predicati:vt in proposito: sed quãdo re-
ctus precedit obliquum qui est determina
tio recti:vterqꝫ illorum ponitur ĩ subiecto
vt omnis asinus hominis currit:prima er-
go vniuersalis est hec contraria: cuiuslibꝫ
hominis nullus asinus currit : secunda est
ista cuiuslibet hominis omnis asinus cur-
rit.¶Secunda regula erat ista:duo cõtra
dictoria non possunt simul esse vera neqꝫ si
mul falsa.¶Contra quaꝫ regulam arguit
sic:illa sunt simul vera: quilibet homo ani
mal est:⁊ aliquis homo animal non est : et
hec sunt duo contradictoria:ergo duo cõ-
tradictoria sunt simul vera:tenet cõsequẽ-

tia cū minori: q: vniuersalis affirmatiua et particularis negatiua de cōsimilibus subiectis predicatis supponētibus precise pro eisdem sunt ꝯtradictoria in figura: sed ista sunt huiusmodi: ergo ⁊c̄. maior ꝓbaꝶ. Nā ꝙ illa sit vera qlibet hō aīal ē: patet ꝑ suas exponētes: ⁊ secūda ꝓbaꝶ: tu aīal non es: ⁊ es aliqs hō: ergo aliqs hō aīal non ē: tenet ꝯsequentia ab inferiori ad suū superius negatiōe postposita: ⁊ cū debito medio. Prima ps añtis ꝓbaꝶ: tu capra nō es: ⁊ oīs capra ē animal: ergo tu aīal nō es: patet cōsequētia ꝑ eandē regulam. Dicitur ꝙ quelibet illarū ē vera: sed nō sunt cōtradictorie Et tūc ad argumentū dico ꝙ vltra ṕdicta intelligit ꝙ terminus nō distributus ī vna distribuaꝶ in alia qualibet nō ē in ꝓposito: q: li animal in vniuersali stat cōfuse tm̄ ⁊ ī particulari determinate: ideo cōtradictoriū istius: quilibet hō aīal est dicitꝶ eē tale: aliquis homo nullum animal ē: ⁊ istius aliqs hō animal nō est: cōtradictoriū ē: quilibet homo oē animal ē. Eodē mō dicitur ꝙ illa nō sunt cōtradictoria: cuiuslibet hominis asinus currit: et alicuius hominis asinus nō currit: sed ṕma contradicit isti: alicuius hominis nullus asinꝰ currit: ⁊ secunda isti: cuiuslibet hominis omnis asinꝰ currit. ¶ Tertia regula erat ista: duo subcontraria nō possunt eē simul falsa: sed bene simul vera. ¶ Cōtra quā regulā arguitꝶ sic: illa sunt simul falsa: aliqs homo omne animal est: ⁊ aliqs homo nullū animal ē: ⁊ hec sunt subcōtraria: ergo duo subcōtraria sūt simul falsa. ꝙ aūt illa sint simul falsa: patet: q: quocūqꝫ homine demōstrato falsuꝫ est dicere ꝙ ipe omne animal ē: aut ipe nullū animal ē. sed ꝙ iste sint subcōtrarie notū ē q: particularis affirmatiua: ⁊ particularis negatiua de cōsimilibus subiectis ⁊ ṕdicatis supponētibus ṕcise ꝑ eodē vel ꝑ eisdeꝫ sunt subcōtrarie ī figura: sed ille sūt huiusmodi: ergo ⁊c̄. ¶ Respōdeꝶ ꝙ ille sunt simul false: sed nō sunt inuicē subcontrarie. Et tūc ad argumentū regule dicitꝶ ꝙ vltra illud qd̄ asserit: intelligit ꝙ terminus cōis distributus in vna nō distribuaꝶ in alia: q̄liter nō est ī ꝓposito: q: li animal vtrobiqꝫ stat distributiue: ideo ille sunt subcōtrarie aliqs hō omne animal ē: ⁊ aliqs hō aīal nō ē. Et iste similiter: aliqs hō nullū animal ē: ⁊ aliqs hō animal ē: ita ꝙ semꝑ ṕdicatum difformiter supponat si ī vna distributiue ī alia determinate ⁊ ecōuerso. de subiecto aūt non dicitꝶ ꝙ semꝑ debet stare determinate. Idē est iudiciū de istis: alicuius hoīs oīs asinus currit: ⁊ alicuiꝰ hoīs nullus asinus currit: ⁊ aut de istis: alicuiꝰ hoīs asinꝰ currit: ⁊ alicuius hoīs asinꝰ nō currit. Nā in ṕma li asinus cōtinue distribuiꝶ ⁊ ī alijs nunq̄ꝫ. Ideo sicut ṕme nō sunt subcontrarie nec secūde: sed iste sunt subcōtrarie: alicuiꝰ hoīs oīs asinꝰ currit: ⁊ alicuiꝰ hoīs asinꝰ currit. Itē alicuiꝰ hoīs asinꝰ currit: ⁊ alicuius hoīs nullꝰ asinꝰ currit sꝶ subcōtrarie

¶ Obiectiōes ꝯtra māꝫ eqpollētiarum

Equipollentiarum ṕma regula erat ista: Negatio ṕposita facit eqpollē suo cōtradictorio. ¶ Cōtra quā regulam arguitꝶ sic. Ista ꝓpositio: nō aliquo homine currēte tu es asinus nō equiualet isti: nullo hoīe currente tu es asinus: ergo regula falsa: ꝯña tenet: ⁊ añs ꝓbaꝶ. Nā prima ē vera: ⁊ secūda ē falsa: ergo nulla illaꝝ alteri eqpollet: ꝯña tenet: ⁊ añs ꝓbaꝶ. Primo ꝙ ista sit vera: non aliquo homine currēte tu es asinus: q: suuꝫ cōtradictorium ē falsum: scilicet aliquo homine currente tu es asinus. ꝓbaꝶ hoc: Nam ista ꝓpositio hꝫ tres cās veritatis. s. q: aliquis hō currit tu es asinus: dū hō currit tu es asinus: ⁊ si aliqs hō currit tu es asinus: sed quelibet istarum ē falsa: vt bene patet: ergo ⁊ ista. s. aliquo homine currēte tu es asinus: q: quelibet suaꝝ causarū ē falsa. s. q: nullus hō currit tu es asinus: duꝫ nullus hō currit tu es asinus: et si nullus hō currit tu es asinus. Ideo respōdeꝶ negādo ṕmā cōsequētiam qua infertur ꝙ illa regula est falsa: sed deberet sic argui: nō aliquo homine currēte tu es asinus: nō equalet isti: nullo homine currēte tu es asinus: ⁊ ista cōtradicūt. s. aliquo homine currente tu es asinus: ⁊ nullo homine currēte tu es asinus: ergo regula falsa: ⁊ tūc nego minorē: q: sunt due ꝓpositiōes affirmatiue ꝓbatiue per suas causas

veritatis: quarũ nulla est alicuius quãtitatis: ¶ Consilr non seqtur ille nõ equalent non qlibet hõ aial est: ⁊ aliqs hõ aial nõ est ergo regula falsa: q: ꝑma est falsa ⁊ scđa est vera: s3 oportet addere in añte ꝙ illa ꝯtradicũt qlibet hõ aial est: ⁊ aliqs hõ aial non est: qđ negaᷓ vt in altero capitulo patuit. ¶ Scđa regula fuit ista negatio postposita facit eqpollere suo ꝯtrario. Cõtra arguitur sic: ista ꝯña nõ valet: qlibet hõ aial nõ est: ergo nullus hõ aial est ⁊ tñ arguiᷓ ꝑ regulã ergo regula falsa: ꝯña tenet cũ minori q: arguiᷓ negatione postposita: ⁊ maiorẽ ꝓbo: añs est verũ ⁊ ꝯñs falsum: ğ cõsequentia non valet. ꝙ antecedns sit verũ probabatum est supra: sed ꝙ ꝯsequẽs sit falsũ probaᷓ q: suũ cõtradictoriũ est verũ .s. aliquis hõ animal est. ¶ Respondetur negãdo ꝙ arguatur per regulã. Et tunc ad probationẽ ibi arguitur negatione postposita ergo per regulam argumentũ non valet: s3 opportet addere in antecedẽte ꝙ illa sit contraria: qlibet homo oẽ animal est: ⁊ nullus homo animal est: qđ est falsũ: quia predicatũ vtrobiq3 distribuiᷓ. Dicitur ergo ꝙ illa sunt contraria: quilibet hõ animal ẽ ⁊ nullus homo animal ẽ. Non tamẽ negatio postposita predicato faciet ꝑmã cũ illa negatione eqpollere secũde sed oportet negationẽ postponere subiecto: ⁊ preponẽ ꝑdicato dicẽdo qlibet hõ nullũ animal ẽ ergo nullus hõ animal est. ¶ Item si negatio postponeretur signo ⁊ non subiecto nõ arguitur ꝑ regulã dicẽdo nullus nõ homo est grãmaticus: ergo quilibet hõ ẽ grãmaticus: q: ꝯñs est falsũ: vt patet: ⁊ añs ẽ verum q: suum cõtradictoriũ ẽ falsũ .s. aliqs nõ hõ ẽ grãmaticus o3 ğ negatio negatiue teneri ⁊ postponi subiecto dicendo nullus homo est grãmatic⁹: ergo quil3 hõ est grãmaticus: nũc ꝯña est bona ⁊ añs falsum sicut ⁊ ꝯñs. ¶ Tertia regula erat ista: negatio ꝑposita ⁊ postposita facit eqpollere suo subalterno. ¶ Contra arguitur sic illa ꝯsequentia non valet nõ qlibet chimera ẽ nõ homo: ergo aliqua chimera ẽ hõ ⁊ tamen arguiᷓ ꝑ regulam: ergo regula falsa: ꝯña t3 cum minore: q: arguiᷓ negatione ꝑposita ⁊ postposita. ⁊ maior probatur. Nã añs est verũ et ꝯñs falsum: ꝯña non valet. ꝙ ꝯñs sit falsum manifestũ est. sed ꝙ añs sit verũ ꝓbatur q: suũ cõtradictoriũ est falsũ .s. q: quelibet chimera ẽ nõ homo: quia ex isto sequitur ꝙ quelibet chimera: a tertio adiacente ad ſm adiecẽs: ⁊ ꝯsequẽs est falsum ğ ⁊ añs. ¶ Dicitur ꝙ illa ꝯña non valet nõ quelibet chimera ẽ non homo: ergo aliq̃ chimera est hõ ſm ꝙ ꝓbat argumentũ nec arguiᷓ ꝑ regulã. ⁊ cũ diciᷓ ꝙ arguiᷓ negatiõe preposita ⁊ postposita ergo arguitur ꝑ regulã: nego ꝯñam q: non asserit r̃la ꝙ q̃litercũq3 ꝑponaᷓ ⁊ postponaᷓ negatio faciat eqpollẽre suo subalterno sed o3 ꝙ ꝑponatur toti ꝓpositioni ⁊ postponaᷓ imediate subiecto ita ꝙ precedat verbũ p̃cipale qualiter nõ fit in proposito q: negatio secũda postponiᷓ copule ꝓpter ea bene seqᷓ non quelibet chimera non est hõ: ğ aliqua chimera est hõ: ꝯña iam bona est sed antecedẽs est falsum q: suũ ꝯtradiccoriũ est verum: .s. quelibet chimera nõ est hõ q: nulla chimera est homo quare ⁊c̃.

¶ Obiectiões ꝯtra materiã cõuersionu3.

Capitulũ ꝯuersiunũ tres ꝯtinet diffinitiones quarũ prima ẽ ista. Conuersio simplex ẽ trãspositio subiecti in predicatũ ⁊ ecõuerso manẽte eadẽ qualitate ⁊ q̃ntitate. ¶ Cõtra arguitur sic: aliquo ꝓpõ conuertiᷓ simpliciter ⁊ tamẽ mutaᷓ quãtitas: ğ diffinitio falsa ꝯña t3. ⁊ añs ꝓbatur. Nam hec ꝓpositio sor. est animal cõuertiᷓ simplex in istã aliquod animal est sortes q: hec conuersio nõ est ꝑ accidẽs cũ nulla sit vniuersalis: nec ꝑ ꝯtrapositionẽ ꝓpter carentiã termini infiniti: ergo est conuersio simplex: ⁊ tñ mutatur quãtitas q̃m conuersa est singularis ⁊ ꝯuertẽs est ꝑticularis. ¶ Eade3 difficultas põt fieri cõuertendo ista3 homo ẽ animal in ista3 aliquod animal est homo: quarũ prima ẽ indefinita ⁊ altera ẽ particularis ergo mutaᷓ quantitas ⁊ tamen ẽ conuersio simplex q: nõ videtur per accidens nec ꝑ cõtrapositione3. ¶ Ideo respondetur ꝙ argumentũ ꝓcedit verbaliter contra diffinitionẽ ⁊ nõ cõtra sanu3 intellectũ regule. Dicaᷓ ğ ꝙ qli-

bet illarū cōuersionū est simplex ⁊ cum di-
citur ꝙ ibi mutatur quātitas dicit̃ qꝫ verū
est ſm cōmunē modū sumēdi quantitatē ſꝫ
nō ſm modū sumēdi regule: eoꝙ capit ibi
q̄ntitatē ꝓ suppositiōe vt ita glosef̃ diffini-
tio: ɔuersio simplex ē transpositio subiecti
in p̄dicatū ⁊ ecōuerso manente eadē quāti
tate .i. suppositiōe ita ꝙ si in cōuersa aliqs
terminus supponeret distributiue: deter-
minate: vel discrete eodē mō in cōuertēte
supponit. ¶ Et si dicit̃ ꝙ exempla q̄ ibi assi
gnant̃ sonāt ꝙ quātitas sumat̃ ꝓ vniuersa
li idefinita vel singulari dꝫ ꝙ ſm ꝙ ait Aris.
p̄mo p̄oꝝ exēpla ponim⁹ nō vt ita sint ſꝫ vt
sentiant adiscētes. ¶ Scd̄a diffinitio fuit
ista ɔuersio ꝑ accidēs ē transpositio subie-
cti in p̄dicatū ⁊ ecōuerso manente eadem
q̄litate sed mutata quātitate. ¶ Cōtra ar-
guit̃ sic: ista ɔuersio ē ꝑ accidēs. Oīs hō est
risibilis: ergo omne risibile est hō ⁊ tn̄ non
mutat̃ quātitas: ergo diffinitio insufficēs
tenet ɔn̄a cū minori q꞉ q̄libet istarū est vni
uersalis ⁊ maior ꝓbatur. Nam ista est con
uersio q꞉ fit de subo p̄dicatū ⁊ ecōuerso ⁊
nō est ɔuersio simplex: q꞉ vl'is affirmatiua
nō cōuertit̃ simpliciter: nec ꝑ cōtrapositio
nem: ꝓpter carentiā terminoꝝ infinitoꝝ:
ergo est ɔuersio ꝑ accidēs. ¶ Rn̄detur ꝙ
cōuersio predicta ē per accidēs. Et cuꝫ di-
citur ꝙ non mutatur quātitas nego sumē-
do quantitatē pro suppositione vnde incō
uersa supponit li hō distributiue ⁊ li risibi-
lis coufuse tantum. In conuertente auteꝫ
econuerso li risibile distributiue ⁊ li homo
confuse tm̄. ¶ Glosetur ergo sic diffinitio
Conuersio per accidēs est trāspositio extre
moꝝ manente eadē qualitate sed muta-
ta quātitate .i. suppositiōe. ¶ Ex ista regu
la sequitur primo ꝙ illa est cōuersio per ac
cidens hō est risibilis: ergo oīe risibile est
hō q꞉ est cōuersio nō simplex nec ꝑ contra
positionē: ergo per accidēs. ¶ Secūdo se
quit̃ ꝙ iste versus. Feci simpliciter ⁊c̄. nō
ponitur rōne veritatis: sed magis rōne ex
empli ex eo ꝙ non solū vniuersalis pōt cō-
uerti ꝑ accidēs imo indefinita ⁊ particula
ris. ¶ Tertio seqtur ꝙ sicut in ɔuersiōe ꝑ
accn̄s ɔuersa ē falsa et ɔuertēs vera ita sil'r

ecōuerso: ꝓbatur ⁊ facio duas ɔuersiones
ꝑ accidēs p̄ma est ista. Oē animal est hcmo
ergo hō est animal: secūda hō est aīal: ergo
omne aīal est hō: pꝫ ꝙ in p̄ma ɔuersa est fal
sa ⁊ cōuertens vera ⁊ in scd̄a ɔuersa est ve-
ra ⁊ ɔuertēs falsa. ¶ Tertia diffinitio erat
illa. Conuersio per cōtrapositionē est trans
positio subiecti i p̄dicatū ⁊ ecōuerso manē
te eadē quātitate ⁊ q̄litate sed mutatis ter-
minis finitis in termios īfinitos. Cōtra ar
guit̃ sic ipsa īplicat ɔtradictionē: ergo ipsa
est īpossibilis tenet ɔn̄a ⁊ antecedens proba
tur. Nam si in cōuersa subiectū ⁊ p̄dicatū
sunt termini finiti ⁊ in cōuertente subiectū
⁊ p̄dicatū sūt termini īfiniti seqt̃ g̃ ꝙ nulla
sit cōuersio ɔn̄a tenet q꞉ terminus finitus
nō pōt esse terminus īfinitus nec ecōuerso
verbi gratia: oīs hō est aīal habet ꝓ subie-
cto li homo: ⁊ pro predicato li animal: sed
illa omne nō animal ē nō hō non habet ꝓ
subiecto neqꝫ ꝓ p̄dicato aliquē illoꝝ termi
noꝝ nec sibi similium: ergo nulla est cōuer
sio scd̄e cum prima. ¶ Respōdetur negan
do ꝙ predicta diffinitio īplicet ɔtradictio
nem ⁊ tūc ad argumentū negatur ɔsequē
tia quia non dicit̃ in diffinitiōe ꝙ subiectū
fiat predicatū aut ecōuerso sed ꝙ fiat trās-
positio terminoꝝ vel extremoꝝ: vnde pōt
trāsponi subiectum in predicatū absqꝫ hoc
ꝙ fiat predicatū: ⁊ predicatū potest trāspo
ni in subiectū absqꝫ hoc ꝙ fiat subiectū vn̄
ad hoc ꝙ subiectū trāsponatur in predica
tum sufficit: ꝙ fiat predicatū aut pars pre-
dicati mō debito ⁊ regulari qualiter fit in
ꝓposito. Ex predictis seqt̃ ꝙ nulla ɔuersio
est vniuersaliter ɔsequētia formal' p̄ter cō-
uersionē simplicē ꝓbatur q꞉ nō ecōuersio
per accidēs q꞉ aliquādo cōuertēs ē vera ⁊
conuersa falsa ⁊ econtrario vt ostensum est
¶ Nec etiā ɔuersio ꝑ cōtrapositionē quia
aliquādo ɔuertens est vera ⁊ cōuersa falsa
⁊ ecōuerso ꝙ ꝓbat̃ sic illa est vera chimera
nō est animal ⁊ sua ɔuertēs est falsa scilicet
aliqd̄ nō aīal nō est non chimera: q꞉ suum
cōtradictoriū est verū .s. omne nō animal ē
nō chimera vt patet ꝑ exponentes. Simili
ter ista est falsa: oīs chimera ē animal: ⁊ tn̄
sua ɔuertēs est vera .s. omne nō animal est

non chimera: vt pꝫ ꝑ suas exponentes. s. aliqͦd nõ aĩal est nõ chimera ⁊ nihil ẽ nõ aĩal qn̄ illud sit nõ chimera: ergo omne nõ aĩal est non chimera: quare ⁊c̃.

Obiectões ꝯ reglas ꝓpõnũ hypotheti.

In materia hypotheticaꝝ inferebanť alique regule quaꝝ ꝓma erat ista. Ad veritatẽ ꝯditionalis affirmatiue req̄ritur ꝙ ꝯtradictoriũ ꝯn̄tis repugnat antecedenti: ex qua inferebať alia ꝙ ad falsitatem eius reqriť ⁊ sufficit ꝙ ꝯtradictorium ꝯn̄tis stet cum an̄te. Contra quas regulas arguiť sic: aliqua est ꝯditionalis vera affirmatiua: cuius ꝯtradictoriũ ꝯn̄tis stat cũ an̄te: ergo regule false: ꝯn̄a tenet ⁊ an̄s ꝓbatur. Cuiuscũqꝫ ꝯditionalis affirmatiue an̄s est veꝝ ⁊ ꝯn̄s falsuꝫ: ꝯtradictoriũ ꝯn̄tis stat cum antecedente: sed aliqua est ꝯditiõalis affirmatiua vera: cuius an̄s est veꝝ ⁊ ꝯn̄s falsum: ergo aliqua est ꝯditionalis affirmatiua vera: cuius ꝯtradictoriũ ꝯn̄tis stat cuꝫ an̄te. tenet ꝯn̄a q: est syllogismus in tertio prime figure ꝓbať maior: qm̄ si an̄s istiꝰ cõditiõis est veꝝ ⁊ ꝯn̄s falsum tũc ꝯdictoriuꝫ ꝯn̄tis est veꝝ ⁊ an̄s silr̄ est veꝝ: sed oĩa vera stant simul: ergo cuiuscũqꝫ talis cõditional' contradictorium ꝯn̄tis stabit cum antecedente: minorem ergo probo. Nam hec cõditionalis est affirmatiua nisi tu es animal tu non es homo: ⁊ patet ꝙ antecedens est veꝝ. s. tu es animal ⁊ ꝯsequẽs falsum scꝫ tu nõ es homo. Rñdetur ꝙ regule date de veritate ⁊ falsitate ꝯditionalis respiciũt solũmodo ꝯditionalem denominatã a li si ⁊ non a li nisi. Ideo bene ꝓbať ꝙ aliqua est conditionalis vera ⁊ affirmatiua cuius cõtradictorium ꝯn̄tis stat cum antecedente. s. ꝯditionalis denoĩata a li nisi: sed de tali nõ est mentio ibidem imo de sola ꝯditiõali denominata a li si. Scd̃a regula erat ista. Ad veritatem copulatiue affirmatiue req̄ritur ꝙ quelibet pars principalis sit vera. Ex qua inferebatur ꝙ ad falsitatem eiꝰ sufficit vnã ptem esse falsam. Contra quas arguiť sic. Aliqua ẽ copulatiua affirmatiua vera cuius vna pars principalis est falsa: g̃ regula falsa tenet ꝯn̄tia ⁊ antecedens ꝓbatur. Ista est copulatiua vera ⁊ affirmatiua. Aliquod aĩal est: ⁊ si tu es illd̃ tu es asinus ⁊ scd̃a pars ꝓncipalis est falsa: ergo ⁊c̃. ꝯn̄a tenet: ꝓbať prima pars an̄tis. s. hoc aĩal est ⁊ si tu es illud tu es asinus demonstrando brunellum: ⁊ hoc est aliqd̃ aĩal: ergo aliqd̃ aĩal est: ⁊ si tu es illud tu es asinus: ꝯn̄a pꝫ: q: non videtur alius modus probandi illã copulatiuam: scd̃a pars antecedentis etiã probatur. Nã ista propositio si tu es illd̃ tu es asinus non videtur assertiue significare aliud q̃ꝫ ꝙ si tu es animal tu es asinus: sed hoc significatum est falsum: ꝙ si tu es aĩal tu sis asinus: ergo scd̃a pars principalis est falsa. Dicitur ꝙ ista copulatiua est vera et scd̃a pars est vera sicut ⁊ ꝓma: ⁊ nego ꝙ significet modo dicto. s. ꝙ si tu es animal tu es asinꝰ: q: tũc relatiuum staret confuse tm̄ ⁊ an̄s determinate cuius oppositum dcm̄ est in materia relatiuoruꝫ. Dictum est etiã ꝙ licitũ est loco relatiui ponere antecedẽs vbi seruetur eadem suppositio: sed li aĩal ĩ prima pte stat determinate ⁊ positum loco relatiui stat confuse tm̄. Ideo inepte assignatur significatum secũde partis dicendo ipsam significare ꝙ si tu es animal tu es asinus: debet ergo conuerti relatiuum in suum antecedens stans determinate dicendo secundam parteꝫ significare ꝙ aliquod aĩal si tu es tu es asinus. ⁊ hoc est veꝝ: quia hoc si tu es demõstrãdo asinum tu es asinꝰ ⁊ hoc est aliquod aĩal si tu es: tu es asinus.

Tertia regula erat ista. Ad possibilitatẽ copulatiue requiritur quãlibet ptem esse possibilem ⁊ nullam alteri incõpossibilem ex qua inferebatur ꝙ ad impossibilitatem eius requiritur ⁊ sufficit vnã partem eẽ impossibilem vel vnam alteri incompossibilẽ. Contra quas regulas sic arguitur. Aliqua ẽ copulatiua affirmatiua impossibilis cuius quelibet pars est possibilis ⁊ nulla alteri repugnat: ergo ambe regule false: consequentia tenet ⁊ antecedẽs probatur. Nã ista copulatiua est impossibilis oĩs homo currit: ⁊ tu es homo ⁊ tu non curris: q: ex duabus premissis partibus sequiť ꝯtradictoriũ tertie in tertio ꝓme figure: vt bñ pꝫ intuenti: ⁊ tm̄ quelibet eius pars ẽ possibil': vt patet ⁊ probať: ꝙ quelibet: cuilibet ẽ cõ-

possibilis. ¶ Nam iste due sunt compossi-
biles: omnis homo currit: ⁊ tu es homo et
iste sunt compossibiles: tu es homo ⁊ tu nō
curris: ac etiam iste tu non curris: ⁊ oīs hō
currit: ergo quelibet cuilibet est cōpossibil'
Ideo dicit̄ ꝙ iste due regule date nō respi
ciunt nisi copulatiuā factā ex duab⁹ ptibus
qualiter nō est in ꝓposito: q̄ȝ assignat̄ copu
latiua facta de tribus ptibus. Si ergo que-
ritur regula generalis possibilitatis copu-
tiue: dicit̄ ꝙ ad possibilitatē copulatiue re-
quirit̄ ꝙ quelibet ps sit possibil': ⁊ ꝙ nulla
alteri vl' alijs sit incōpossibilis: qualiter nō
est in ꝓposito: q̄ȝ licet huius copulatiue q̄li
bet pars cuilibet sit compossibilis: nō tñ q-
buslibet: vnde ista oīs hō currit nō est com
possibil' isti tu es homo ⁊ tu non curris: silr
ista Tu nō curris nō est compossibilis istis
tu es homo: ⁊ omnis homo currit: quia ex
illis duabus singularibus sequit̄ contradi-
ctorium vniuersalis. nam sequitur tu non
curris: ⁊ tu es homo: ergo nō omnis homo
currit. Quarta regl'a erat ista: Ad necessita
tem copulatiue requiritur quālibet partez
esse necessariam ex qua inferebat̄ ꝙ ad cō-
tingentiam ipsius sufficit vnam partem eē
contingentem ⁊ nullam alteri incompossi-
bilem. ¶ Contra secundam regulam ꝓce-
dit argumentū factum iam: sed contra pri-
mam sic arguit̄: Aliqua copulatiua est ne-
cessaria cuius vna pars est cōtingens: ergo
regula falsa: consequētia tenet ⁊ añs ꝓbat̄.
Et capio istā copulatiuam non nullus de⁹
est: ⁊ tu es homo ista est necessaria: q̄ȝ suum
oppositum est impossibile videlicet nullus
deus est: ⁊ tu es homo: quia non verius da
tur contradictorium q̄ȝ proponendo nega-
tionem toti. ꝙ autem altera pars sit cōtin-
gens patet de ista tu es homo que est scđa
pars eius. ¶ Respondetur ꝙ ista regula
sicut ⁊ quelibet alia data intelligitur de co
pulatiua affirmatiua ⁊ non negatiua ꝭm ꝙ
in primo capitulo est expressum. ¶ Quinta
regula fuit ista. Ad veritatem disiunctiue
affirmatiue sufficit vnam partez eē veram
ex quia inferebatur ꝙ ad falsitatem eius re
quiritur quālibet partē eē falsam. ¶ Con-
tra quas regulas arguitur sic: Aliqua dis-
iunctiua est falsa: ⁊ tamen vna eius pars est
vera: ergo ambe regule false. ꝯñtia tenet et
antecedens probat̄: ista est vna disiunctiua
falsa. Omnes homines sunt asini vel hoīes
⁊ asini sunt asini: ⁊ tñ vna eius pars ē vera
ergo regula falsa. consequentia tenet ⁊ an-
tecedens ꝓbat̄: ⁊ primo ꝙ ista sit vna disiū
ctiua: q̄ȝ in ea coniunguntur plures cathe-
gorice per notam disiunctionis. ꝙ autē ipa
sit falsa ꝓbatur. Nam quelibet eius ps ꝓn
cipalis est falsa: ergo ipsa est falsa ꝯña tenet
⁊ antecedens ꝓbatur: qm̄ ista est falsa. Oēs
homines sunt asini ⁊ ista similiter homines
⁊ asini sunt asini ⁊ iste sunt partes principa
les: vt patet intuenti: ergo ⁊c̄. ꝙ autez vna
eius pars sit vera probatur quelibet istarū
est vera: omnes homines sunt asini vel ho-
mines: que est vna ei⁹ pars: ⁊ similiter ista
asini sunt asini: ergo vna eius pars est vera
¶ Respondetur cum proponitur. Omnes
homines sunt asini: vel homioes ⁊ asini sūt
asini: vtrum respondens velit eam habere
pro copulatiua vel disiunctiua. Si pro co-
pulatiua vera est: quia ambe partes princi-
pales sunt vere: ⁊ tunc ad argumentum di
citur ꝙ non est ad propositum. si v̄o habet̄
pro disiūctiua negatur ista: quia ambe par-
tes principales sunt false sicut probatum est
Et cum dicitur vna eius pars est vera con
cedo: nulla tamen pars principalis est vera
de qua intendit: conceditur ergo conclusio
ꝙ aliqua disiunctiua est falsa: ⁊ tamen vna
eius pars est vera: sed hoc non est cōtra re-
gulam quia intelligit de ꝑncipali qualit̄ nō
est in argumento assumpto. ¶ Sexta regl'a
fuit ista. Ad possibilitatez disiūctiue sufficit
vnā partem esse possibilem ⁊ ad possibilita-
tem eius requirit̄ quālibet eius ptem esse
impossibilem. ¶ Cōtra ambas regulas ar-
guitur sic: aliqua est disiūctiua affirmatiua
impossibilis cuius quelibet pars principal'
est possibilis: ergo ambe regule false. conse
quentia tenet ⁊ antecedens probatur. Nā
contingenter tu es vel tu non es: supposito
ꝙ aduerbium determinet totum: ⁊ tamen
quelibet eius pars principalis est possibilis
ergo consequentia tenet ⁊ prima pars ante-
cedentis probatur: q̄ȝ suū oppositu̅ȝ est ne-

cessariū videlicet ⁊ necessario tu es vel tu non es. Et secūda pars etiā patet: q: quelibet istarum est possibilis: tu es: tu non es. Ideo rūdet ꝙ regula intelligit̄ de disiūctiua affirmatiua hypothetice ꝓbāda: ⁊ non cathegorice: q̄lit̄ nō ē in proposito: eo ꝙ q̄libet istarū ꝯtingēter tu es vel tu nō es: necessario rex sedet: vl' nullus rex sedet: est ex possibiliter ꝓbāda: sicut iste ꝯtingenter tu es: necessario de⁹ est. Septima regula erat ista Ad necessitatē disiunctiue affirmatiue sufficit vnā partē esse necessariā: vel oēs inuicē ꝯtradici. Ex q̄ sequebat̄ ꝙ ad ꝯtingentiam eiusdem requirit̄ quamlibet partē eē ꝯtingentē: ⁊ nullam alteri repugnare. Contra istas regulas arguit̄: Aliqua est disiunctiua necessaria: cuius quelibet pars est cōtingēs: ⁊ nulla alteri repugnat: ergo ambe regule false. Consequentia tenet: ⁊ antecedens ꝓbat̄. Nam ista disiunctiua est necessaria Antichristus non est albus: vel antichristus est coloratus: ⁊ quelibet eius pars est ꝯtingens: ⁊ nulla alteri repugnat: g̃ ⁊c̃. Antecedens ꝓbat̄ pro qualibet parte. ⁊ primo ꝙ ista sit necessaria. quia suū oppositū ē impossibile: videlicet antichristus est alb⁹: ⁊ antichristus non est coloratus. Secunda pars patet. s. ꝙ quelibet eius pars sit ꝯtingens: quia indifferenter potest esse vera ⁊ falsa: vt bene patet. Tertia etiam pars patet: q: nulla illarū partiū alteri repugnat: q: possibile ē ꝙ antichristus sit niger. quo posito hec forent simul vera: Antichristus non est albus: ⁊ antichristus est coloratus: ergo non ad inuicē repugnāt. Rūdet̄ ꝙ diminute recitata est regula contingēter disiunctiue. sed oportet plus addere. s. ꝙ contradictoria partium non repugnant. Nūc ad propositū disiunctiua ꝓlata est necessaria: ⁊ quelibet eius pars est contingens: ⁊ nulla alteri repugnat: sed opposita illarum partium repugnat: videlicet antichristus ē albus: antichristus non est coloratus: quare nihil contra regulam. ¶ Notādū ꝙ cōtra quamlibet istarū regularū contentarū in materia hypotheticarū potest argui extra assignationē hypothetice negatiue vel partis non principalis. vbi ergo tales obiectiones procederēt: dicatur regulas hypotheticarum in negatiuis non tenere: neq̄ etiam de partibus: quare ⁊c̃.

¶ Obiectiōes ꝯtra materiā predicabiliū.

Materia predicabiliū quasdā ꝯtinet diffinitiones. Quarū prima est ista: Genus est termin⁹ vniuocus p̄dicabilis in quid de plurib⁹ differētib⁹ specie vt aīal. Cōtra istā diffinitionē arguit̄ sic: li corpus animatū est gen⁹: ⁊ tñ nō est terminus vniuocus: ergo diffinitio insufficiens. Tenet ꝯsequētia cū maiori: ⁊ minorē ꝓbo. Nā oīs termin⁹ vniuocus est termin⁹ simplex: sed li corpus animatū non est termin⁹ simplex: ergo nō est termin⁹ vniuocus. Dicitur ꝙ li corp⁹ animatū non est genus: nec li animal rationale: quia quodlibet genus debet eē terminus simplex. Et si allegares porphyrium ponens istum terminū pro genere: dicit̄ ꝙ posuit non ꝙꝛ ita esset: sed gratia exempli: aut quia caruit termino simplici: loco ergo illius termini corpus animatū debet poni vnus istoꝝ simplicium: viuens vel viuū medians inter li animal ⁊ li corp⁹ vnde omne animal est viuens: sed nō econuerso. similiter omne viuens est corpus: ⁊ non econuerso: loquendo de composito ex materia ⁊ forma: li aīal rationale: g̃ frustra positū est pro genere: q: est diffinitio hoīs: sed ideo porphirius dixit illud: q: sequebatur opinionē platonis ponētis celū eē aīal rōnale: cuius opinionē negam⁹ ad presens ¶ Secunda diuisio erat ista: Genus generalissimū est quod cū sit gen⁹ nō potest esse species. Ex qua inferebat̄ alia: ꝙ gen⁹ subalternū est illud: quod cū sit genus potest esse species. Contra istas sic arguit̄: Li substantia est genus generalissimū: ⁊ potest eē species: ergo diffinitio insufficiens. Tenet ꝯsequentia cū maiori: ⁊ minorē probo. Nā li substantia potest conuerti cum illo termino homo: ergo potest eē species. Conseq̄tia tenet: antecedens similiter per nouam impositionē. Respondet̄ ꝙ argumentum verbaliter ꝓcedit: ⁊ nō ꝯtra intellectū diffinitionū. Prima nāq̄ sic intelligit̄: Gen⁹ generalissimū est illud q̄d cū sit gen⁹ nō potest eē spēs sic adequate significādo. Nūc

ad propositũ li substãtia potest eẽ spẽs: sed
nõ sic adequate: significando .s. substantiã.
¶ Tertia diffinitio ꝑncipal' fuit ista: Spẽs
est terminꝰ vniuocus nõ supremꝰ ꝑdicabil'
in qd de pluribꝰ. Contra arguit sic: Li sub-
stãtia est terminꝰ vniuocꝰ nõ supremꝰ ꝑdi-
cabilis in quid de pluribꝰ: ⁊ tñ nõ est spẽs:
ergo diffinitio insufficiẽs. Tenet ꝯsequen-
tia cũ minori: ⁊ maior ꝓbat. Nã ꝙ li substã
tia predicet de pluribꝰ in qd patet: ⁊ ꝙ sit
terminꝰ nõ supremꝰ ꝓbat. Nã aliqs termi
nus est supra eũ: ergo nõ est supremus. Cõ-
sequentia tenet: ⁊ antecedens ꝓbat de isto
termino ens: qui est supra istũ terminũ sub
stantia: q2 oĩs substãtia est ens: ⁊ nõ ecõtra
Rñdet ꝙ quemadmodũ li substãtia est ge
nus generalissimũ: ita est terminꝰ supremꝰ.
⁊ cũ dicit Li ens est supra eũ: nego: q2 supꝛio
ritas ⁊ inferioritas nõ reperit nisi in predi
camẽto: ⁊ li ens nõ ẽ in predicamẽto: ergo
nõ est supra nec infra. Et cũ dicit Oĩs sub-
stãtia est ens: ⁊ nõ ecõuerso: g̃ li ens est supꝑ
nõ valet ꝯña. sed bene sequit: g̃ est terminꝰ
cõmunior vel prior: sicut non seqt Oĩs sub
stantia est hõ vel nõ hõ: ⁊ nõ ecõuerso: g̃ li
hõ ⁊ nõ hõ est terminꝰ superior: nullus aũt
terminꝰ cõpositus est supra vl' infra aliquẽ
terminũ predicamẽtalẽ. ¶ Quarta diffini
tio fuit ista: Spẽs specialissima est terminꝰ
qui cũ sit spẽs nõ potest esse genꝰ. Ex q̃ infe
rebatur ꝙ spẽs subalterna est terminꝰ: qui
cũ sit spẽs potest esse genꝰ. ¶ Cõtra arguit
sic: Ille terminꝰ hõ est spẽs specialissima: ⁊
potest esse genus: ergo neutra diffinitio suf
ficiens. Cõsequẽtia tenet cum maiori: ⁊ mi
nor ꝓbat: q2 potest ꝯuerti cuȝ illo termino
aĩal. Dicit ꝙ argumentũ nõ ꝓcedit cõtra
intellectũ regule: ꝙ est iste spẽs specialissi-
ma est terminꝰ q cũ sit spẽs nõ potest eẽ ge
nus: sic adequate significãdo sicut li hõ: sȝ
iam in proposito si li hõ ꝯuerteret cũ li aĩal
non adeq̃te significaret hominẽ. ¶ Quin
ta diffinitio fuit ista: Differẽtia est terminꝰ
vniuocus predicabilis in quale essentiale.
¶ Cõtra arguit sic: Li rationale est differẽ
tia: ⁊ tñ nõ est terminꝰ vniuocus: ergo diffi
nitio insufficiẽs. Tenet ꝯña: ⁊ añs ꝓbat. nã
significat hominẽ sub ratiõe qua sensitiuũ

⁊ intellectiuũ: ⁊ significat angelũ sub rõne
intellectiui solũmõ: ergo diuersis rõnibꝰ.
Rñdet ꝙ li rationale diuidit aĩal qñ dicit
Animaliũ aliud rationale: aliud irrationa
le: ⁊ tũc nõ significat nisi hoĩeȝ: q2 nõ signi-
ficat nisi animal rationale: sȝ nullus angelꝰ
est animal rationale: ergo nõ significat an-
gelũ: ⁊ ita vnũ assumptũ fuit falsuȝ. ¶ Se-
xta diffinitio fuit ista: Propriũ est terminꝰ
vniuocus predicabilis de pluribꝰ: in eo ꝙ
quale accidẽtale conuertibiliter vt risibile
quod predicat de sorte ⁊ platone accidẽta-
liter cõuertibiliter. Cõtra istam diffinitio-
nẽ arguit sic: Li risibile est propriũ: ⁊ tñ nõ
predicat de pluribus conuertibiliter: ergo
diffinitio insufficiẽs. Tenet ꝯsequẽtia cum
maiori: ⁊ minor ꝓbat. nã li risibile predica
tur de sorte ⁊ platone: ⁊ nõ cõuertibiliter:
quia sortes ⁊ risibile nõ cõuertunt: vñ non
seqt Risibile currit: ergo sor. currit: g̃ ⁊c.
Dicẽdũ ꝙ li cõuertibiliter in diffinitione
nõ respicit li pluribꝰ: sed istud ratione cuiꝰ
de talibus predicat: videlicet subiectũ: qđ
est ille terminꝰ homo: cũ quo cõuertit iste
terminꝰ risibile: vnde ista consequẽtia non
valet Li risibile predicat de sorte ⁊ platone
⁊ non conuertit cum illis: ergo non cõuer-
